

CCXCVIII.

I. Ferdinánd király erdélyi biztosaihoz, Bornemisza Pál veszprémi püspökhöz és Werner Györgyhöz, intézett utasításának a székekelyekre vonatkozó pontja. Kelt Prágában 1552. január 1-én.

De **Siculis** quoque Nostris inquirant, an nihil prorsus nobis extra illa tempora, ad quae singuli singulos boves dare consueverunt, solvere aut praestare teneantur? quoties etiam Fratri Georgio eiusmodi boves dederint? et an non etiam plura ipsi praestare soliti et coacti fuerint? Quodsi ad nullam aliam solutionem tenentur, an non rationes aliquae invenire possint, quibus ad boum signationem concedendam inducantur, et quo id tempore commode tentari possit?

Az egész utasítás ki van adva Engelnél, Gesch. des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer II. Thl. 17—22. 1.

CCXCIX.

I. Ferdinánd király erdélyi biztosainak fölterjesztett jelentéséből és véleményezéséből a székekelyekre vonatkozó helyek. Kelt 1552. martius—aprilis havában.

. . **Siculi** passim in Regione sua tantum Salis habent, ut, si non omnino gratis datur, minimo emi possit pretio. Caeditur ibi sub dio non aliter, quam alii lapides in lapicidiis, suntque eius generis secturae in pertinentiis **Arcis Görgin**, quae pertinet ad **Officium Vaiuodae et Comitum Siculorum**, et apud possessionem, quae vocatur **Sancti Martini**¹⁾ et aliis pluribus in locis.

¹⁾ **Homoród-Szent-Márton** Udvarhely széken.

Quamquam autem Siculi Salibus suis domi tantum uti habeant, nec eos efferre ultra terminos ipsis praefinitos, in quibus etiam aliqua pars Saxonum ultra Segesvár, usque ad Coronam per terram Barcensem, et Fogaras continetur, tamen quia nihilominus occulto in alias quoque Transylvaniae partes importantur, liberum est Camerariis in tales ubique inquirere, ac si quos in via compererint, eos una cum curru et bobus auferre, si vero domi, omnia eius, apud quem inveniuntur, bona occupare.

Communis est omnium Transylvanorum opinio, et sermo, quod praeter ea loca, quae iam a proventu auri et argenti nota sunt, **multa alia sint loca metallifera adhuc intacta, praesertim in terra Siculorum**, qui neminem ad ea investiganda admittunt et magis agrestes sunt, quam ut his opibus frui possint.

Siculis subsidiorum causa indicare Conventum non fuit necesse, cum ab omnibus contributionibus exempti haberentur, dempta boum signatura, (sic enim appellant), ad quam tenebantur, quoties Rex aut coronaretur, aut nuptias celebraret, aut prole aliqua augetur, tunc enim singuli singulos boves dare sunt obligati. Quoties tamen aliquis Conventus pro re aliqua publica, et ad tres nationes communiter pertinente, ex mandato Regis habendus fuit, is **ad oppidum Vasarhely, quod est in solo Siculorum, et peculiaris locus Conventus pro re aliqua publica eorundem**, indici consuevit. Quod eam potissimum ob causam inolevit, ne Siculi extra solum suum evocati, nuncios mitterent tergiversatores, quales fere mittere solent, qui se tanquam non satis instructos ad ea, quae agerentur, domum ad suos revocare, et per haec non tantum effugia et dilationes quaerere, sed etiam alios distrahere, et ne quid decerneretur, impedire studuerunt, quod suo in solo congregati non poterunt facere, cum hi qui inter eos sunt **potiores, quos vulgo Nobiles, Lófew Szekelyec**¹⁾ **vocant**, viritim soleant convenire.

Quia vero Joannes Rex, et post eum Monachus a Siculis quoque semper aliquid subsidii, primum praetextu necessitatum publi-

¹⁾ Engel kiadásában, kétségtelenül a szó végén lévő c (—k) hibás olvasása következtében, helytelenül áll: **Lófeü Székelyetz**.

carum, postea ob tributum, quod Turcis novissimis annis solum est, extorquere conati sunt, non retinuerunt morem petendi antiquum. Sed causa praedicta moti, indixerunt communiter dictis tribus nationibus Conventum ad Vasarhely, quas etiam inter se sic convinxerunt, ut, quod duae earum offerrent, aut decernerent, id tertia approbare et ratum habere cogeretur. **Hac ratione Siculi ad conferenda subsidia sunt adducti**, idque Saxones primum per speciem tantum in gravamen suum inventum, et excogitatum aiunt, ut, Hungaris et Siculis in subsidii collationem consentientibus, ipsis contradicendi facultas eriperetur, et praecipua oneris pars imponeretur. Nam Ungaros et Siculos respectu solutionis suae parum solvisse, et de eo quoque, quod solum est, potiores inter illos ex occulta cum Monacho intelligentia partem habuisse; inductum autem fuisse morem, ut tantum solverent Saxones, quantum Nobiles, hoc est, Viginti quatuor millia, Siculos vero, quoties aliquid contribuerunt, non multo plus sex aut septem millibus florenorum solvisse, idque etiam sic ab aliis est relatum.

Jam vero utro more Maiestas Regia uti velit? in eiusdem potestate situm erit. Saxones quidem sperant, Eandem veteres ipsorum consuetudines et libertates clementer esse confirmaturam et observaturam, qui si verum dicere oporteret, nervus sunt Transylvaniae. Quaesitum est tamen diligenter, an non usitatum ante fuisset, aut utilius esset, Saxones, eodem, quo Colonos nobilium, modo connumerari, sed compertum est, eos ita libertate perpetuo usos et gavisos esse, et praestare, ut una ab universis summa exigatur. Ipsos enim inter se non per capita, aut pro numero portarum, sed pro modo et valore bonorum immobilium contribuere, et hoc plus solvere quemlibet, quo plures agros, prata, vineas, et alia similia soli bona habet.

Caeterum constat hoc quoque, Nobiles et Saxones etiam bis in Anno postulante necessitate Regum subsidia contulisse, Siculos quoque signaturam boum ad requisitionem Regum aliquo iusto titulo praetento admisisse. Nemo autem nunc quoque dubitat, in Transylvania Regiam Maiestatem iustas habere causas, cur subsidium pro hoc Anno duplicatum, a Nobilibus et Saxonibus, ac. signaturam boum a Siculis petat, nam si Monachus efficere potuit, ut sibi duo in Anno subsidia, et aliquando signatura quoque boum extra tempora consveta concederetur, quanto iustius hoc Regine Ma-

iestati tot iustos titulos habenti concedi debet ? Quoties autem concessa sit signatura boum Monacho, id non potuit certo comperiri. Est tamen omnium testimonio crebrius, quam sub ullo ante Rege concessa.

Dicuntur autem quondam in una signatura triginta sex et usque ad quadraginta boum millia provenisse, nunc vix duodecim millia exigi posse aiunt, nam Siculos potentiores fecisse sibi obnoxios alios pauperiores, qui eadem cum ipsis sorte esse deberent, neque eos aliter, quam pro Colonis habere et per hoc a signatura boum eximere, hoc praetextu, quod se ultro eorum tutelae et protectioni subdiderint, per quod ipsos ad nullam solutionem teneri contendunt. Ipsi vocant eos **Földön lako Szekelyek** ¹⁾, **quasi in eorum solo habitantes Siculos, quod merus abusus est**, et ad confirmandam paucorum potentiam et minuendos Regios redditus excoGITatum.

Ceterum modus signaturae boum infra annexus habetur ²⁾ cum uno Regesto connumerationis diceae Anno 1542. in bonis Nobilium factae, quod Monachus pro exemplo reliquarum connumerationum habuisse videtur.

Sequitur **officium** Vaivodae Transylvani et **Comitis Siculorum**. Duae arces, quae similiter nunc sunt in manibus Regiae Maiestatis, altera Deva, in qua dominus Generalis posuit Officialem Regium, altera **Gergeny**, in qua relictus est Ladislaus Edemffy, qui fuit Comes Siculorum sub monacho, nunc est servitor et Officialis Regiae Maiestatis. Arcis Deva pertinentiae et proventus in Regesto per Castellatum misso et infra apposito continentur. De Gergeny nulla informatio propter absentiam dicti Ladislai Edemffy haberi potuit. Ex Regestis tamen Contributionum constat, ad eam Arcem pertinere possessiones viginti et septem, et in iisdem ultra trecentas portas fuisse connumeratas. Vaivodae Transylvaniae soliti sunt suos Vice Vaivodas in eas collocare, et ipsos proventus earundem contentare.

Statuendus erit modus et terminus **salibus Siculorum**, ne usui et pretio salium Reginum in Transylvania officiant. Quia vero sub

¹⁾ Engel kiadásában hibás olvasás után áll: **Földön latzo Szézyetyez.**

²⁾ Közöljük alább **CCCI sz. alatt.**

Arce Görgeny, quae pertinet ad Vaiuodatum, sunt eius generis Salinae, agendum erit cum domino Vaiuoda, ut ipse quoque idem observet, et alios quoque observare compellat.

Egész terjedelmében közli e jelentést és véleményezést Engel Gesch, des Ungr. Reichs und seiner Nebenländer II. III. Thl. Halle. 1798. és 1801. 4r. — Az általam kiírt részletek olvashatók U. o. II köt. 35. és III. köt. 8. 11. 14. és 26. 1.

CCC.

A székely székek jegyzéke 1552-ből.

Comitalus Siculorum¹⁾.

	Aranyas
	Maros cum Zereda
	Udvarhely cum Keresztur szék
Sine ordine.	Csik, cum Kászony et Gyergyó
	Zepsi
	Kysdi ²⁾
	Orbai

I. Ferdinánd király erdélyi biztosai jelentésének ily czimü mellékletéből: Distributio Trium Nationum per Comitatus in Transylvania, melyet egészen közöl Engel, Gesch. des Ungarischen Reichs und seiner Nebenländer III. Thl. Halle. 1801. 4r. 39. 1.

¹⁾ A **Comitatus** Siculorum hibás kifejezés **Sedes** helyett. A székely föld ugyanis tulajdonképen egy comitatust tett, melynek élén állott a király által kinevezett székely ispán, Comes Siculorum.

²⁾ E jegyzékből a Kézdi szék alatt állott Miklósvár szék ki van felejtve.

CCCI.

I. Ferdinánd király erdélyi biztosainak, Bornemisza Pál veszprémi püspöknek és Werner Györgynek jelentése a székelyekről és a székely ökörsütésről. 1552.

De Siculis et modo signaturae boum.

Siculi in communi omnes sunt Nobiles, et ab omnibus Contributionibus exempti, sed distributi tamen in tres ordines, quorum qui precipui sunt, vocantur Nobiles, qui quasi baronum aut patriciorum loco habentur.

Alii vocantur lingua eorum **Lófű Székelyek** ¹⁾, ipsi latine primipilos vocant, qui quasi equestris sunt ordinis. Reliqui sunt ceu plebeij, omnes tamen, ut dictum est, Nobiles.

Tenantur viritum (ut dicitur) Regem in bello sequi, et gratis militare per mensem, expleto vero mense, si non confligitur cum hoste, ipsis stipendia a Regibus dantur, si eos diutius cum exercitu retinere velint.

Debent praeterea centum equites de numero eorum assidue manere in curia Regis, per vices tamen, ter in anno mutatione facta.

De vulgo nobilium Sicularum, qui sunt postremi ordinis, tenantur singuli, qui boves habent, dare Regi singulos boves tempore coronationis, nuptiarum, et cum Regi nascuntur filii. **Signaturam boum** vocant propterea, quod boves dati continuo signantur, per impressionem signi, quod repraesentat primam literam Comitatus, in quo exiguntur.

De modo exigendi concluditur cum ipsis in congregatione eorum generali, in qua signatura boum petitur et decernitur. Est in more, ut ei, qui bovem dat Regi, permittatur optio et facultas eligendi aliquos boves pro se, antequam exactor Regis delectum facere possit. Quot autem cuiquam liceat eligere, statuitur in dicta congregatione pro numero boum, quos habet. Qui quatuor tantum

¹⁾ Engel kiadásában hibásan áll **Löfö** székelycki.

habet, is deligit duos, Exactor Regius ex reliquis duobus unum, quem vult, sumit; si duos tantum habet, adiunguntur his alii aequivalentes duo alterius Siculi, qui similiter non plures duobus habet, et ex his eodem modo Siculus deligit duos, ex aliis duobus Exactor Regius unum capit. Cogitur autem quisque Siculus sub iuramento omnes boves suos, tempore signaturae, exactoribus praesentare, Inolevit mos malus et Regibus in signatura boum valde damnosus inter Siculos, quod Siculi potentiores, qui vocantur Nobiles et Lófő Székelyek, multos de reliquo vulgo Siculorum, qui ad contributionem boum tenentur, non tam pro bono illorum, quam pro suo proprio commodo, eximunt a tali contributione, hoc praetextu, quod in eorum solo habitent, et sint clientes ipsorum, de quo nocivo more abrogando, non tam dictam ob causam, quam ob alios certos respectus erit cogitandum.

Mint I. Ferdinánd király erdélyi biztosai jelentésének egyik mellékletét a gr. Hadik János birtokában volt kéziratból közölte Kovachich, Script. rerum Hung. minores II, köt. Budae 1798. 387—389 1. — Ugyanazon kéziratból újra kiadta Engel, Gesch. des Ungr. Reichs und seiner Nebenländer III. Thl. Halle 1801. 40—41 1.

CCCII.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székelyek ispánja megparancsolja Csík szék tisztségének, hogy Szent-Simoni Endes Balázs ellen, ki Szent-Imrei Márton Gergely fiának megsebzéséért és félholtra veréséért nagyobb hatalmaskodásban, és a megsebzett élő vérdijában marasztaltatott el, ezen ítéletet hajtsák végre s Marton Gergelynek tétessenek eleget. Kelt Keresztyénfalván 1552. aprilis 2-dikán.

Ladislaus Ewdenffy de Naghmihal, praefectus Arcis georgen et Siculorum Comes etc. Egregijs Et Agilibus Capitanco ac Judici Ce-

terisque pocioribus Assessoribus, Sedis Chijk Salutem et fauorem, dicitur nobis In persona Agilis, **Gregorij marthon de Zenthimre**, Qualiter Idem exponens Agilem **Blasium Endes de Zenthimon** Racione capitis sui obligacionis ac wlneracione et verberacione filij sui, semiuiuo relicto, infacto potencie, ac In viuo homagio conuictum habuisset, pariter et aggrauatum, super quibusquidem nullam hactenus fecisset satisfactionem, In preiudicium et dampnum dicti exponentis Manifestum, Vnde pro parte et In persona dicti Exponentis Nos requisiti sumus, vt sibi circa premissa de opportuno Juris Remedio prouideremus, premissamque Judiciariam vestram deliberacionem super obtentis debite Execucioni demandari faceremus. Et quia frustra fierent iudicia in causis, Nisi ea que Judicialiter decernuntur debite execucioni demandarentur Requirimus Igitur vos et Nichilominus vobis harum serie In persona Sacratissime Regie Maiestatis domini Nostri clementissimi Committimus, quatenus statim vos acceptis presentibus et premissis sic stantibus et se habentibus premissam vestram Judiciariam deliberacionem et commissionem, Super obtentis debite execucioni demandare demandarique facere Modis omnibus debeatis et teneamini, Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti, Datum In Kerestienffalwa Sabbato proximo Ante dominicam Judica Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo Secundo.

Lecta.

(P.H.)

Eredetije papiron a budai kamarai levéltárban (N. R. A. 1568. csomó, 39. szám).

CCCIII.

Haller Péter szebeni polgármester fölterjesztése I. Ferdinánd királyhoz, melyben jelenti, hogy a betegségéből fölgyógyult Castaldo az ojtózi szorost megerősíteni szándékozván, a székeleyek ezen erősség építésének elhalasztását kérték, míg közgyűlésekben választandó köteteik kérelmekkel a királyhoz járulhatnak. Kiemelvén ezután ezen erősségnek mind a külső ellenség, mind magok a székeleyek ellenében nagy fontosságát, tanácsolja, hogy annak építtetését a székeleyek kérelme ellenére is rendelje el. Jelentvén továbbá, hogy a kinevezett vajda Báthori András útjában megbetegedett, kéri hogy az így főn-akadt ügyek igazítására küldjön királyi biztosokat, s egyszersmind tudósítást ad a törökök hadi készületeiről. Kelt Szebenben 1552. május 5-dikén.

Post fidelium meorum Serviciorum, humilimam Commendationem. Significaueram quidem Sacrae Maiestati Vestrae, per proximas meas literas humillime, aduersam Valetudinem Spectabilis et Magnifici Joannis Baptistae Castaldi etc. Nunc autem se melius habere incipit, ac spes est, ipsum pristinae valetudini restitutum iri. Porro, cum eidem Maiestati Vestre sit indicatum, esse **passum quemdam, in partibus Ziculorum uersus fines Moldauiae uergentem, quem Oytos uocant.** Qui, si presidio aliquo et munitione firmaretur, hostes, qui sepe illac in hanc Terram irruerunt, arcerj posse. Eum locum ipse D. Joannes Baptista Castaldus, cum uellet munire, Ziculi orabant, ut ipsis pariter consulere liceret, habita iam Congregatione, denuo legatos miserunt, rogantes, ut opus differetur, donec Sacram Maiestatem vestram adire possent. Missuri igitur sunt erga Eandem Maiestatem vestram suos legatos, supplicaturj, ne illic munimentum erigatur, essent enim plures viae, per quas hostes in hanc, Terram intrare possent, neque hostibus, hoc passu occupato ingressum penitus intercipi posse. Ego quidem cum Egregio henrico Wuolffkneissel, Eiusdem Maiestatis vestrae Secretario, cum hinc abiret, de ea re contuleram, ac illi meam Sententiam indica-

ueram, Rem non parui momenti fore, si locus predictus in Siculia communiretur. Hostes enim vallido exercitu, ut ante, illinc Irrumpere non posse. Ac per alias Vias, Copias traducturis, illud presidium haud dubio terrori fore, Imo et parcium illarum Incolae, facilius in obsequio retineri poterint. Eandem igitur meam Sententiam Sacre Regie Maiestati uestre, ob deuocionem meam erga Eandem, humillime scribere uolui, ut, quamuis legati Siculorum erga eandem sint uenturj, nihilominus tamen passum illum muniri face re, et opus Inchoari mandaret. Ipsi Siculi opus illud non impedient, aut si impedire uellent, per presidia uestrae Maiestatis, quae in Regno sunt, compesci possunt. Tandem vero ut locus ille munitione firmatus fuerit, Eadem uestra Maiestas sciet illi loco perficere hominem, cuius fides S. Maiestati uestrae bene perspecta est.

Cum autem Maiestas uestra ex clemencia sua Spectabili et Magnifico Andrae Bathorj Wayuodatum Transiluanie contulerit, atque eum uersus hoc Reguum miserit. Qui nunc grauiter egrotans, in Itinere subsistit. Propter eius Egritudinem Mandata Maiestatis uestrae, et negocia Regni protrahuntur, Si igitur Sacrae Maiestati uestrae uisum foret, ut eadem Commissarios suos aliquos, in hoc Regnum mittere dignaretur, ut ea que Maiestatem uestram attingunt, expedirentur, ac ut illi Regnicolas conuocarent, quo Mandata Regie Maiestatis uestrae, et que Regni commodum et conseruationem spectant, determinari possent. Quanto enim diucius negocia publica differentur, tanto magis Maiestati uestrae damno cedunt.

Ex Thurcia, bellicj motus nulli audiuntur, nisi quod commeatus ad Danubium aliqui conuehantur, et quod Castra finitima, presidij firmantur, In reliquum Sacrae Maiestati uestrae, mea seruitia humillime dedo et Commendo. Quam Deus Omnipotens diu felicem et incolumem tueatur, precor. Ex Cibinijo die Quinta mensis Maij Anno Domini M. D. LII.

Eiusdem Sacrae Maiestatis uestrae
fidelis

Petrus Haller Magister
Ciuium.

Kivül: Serenissimo Principi Domino domino Ferdinando Dei gracia Romanorum Hungariae Bohemiae et. Regi, semper Augusto etc. Domino mihi Clementissimo.

Eredetije a bécsi cs. titkos levéltárban.

CCCIV.

I. Ferdinánd király erdélyi kincstartójához Haller Péterhez intézett utasításának a székely sóra vonatkozó része. Kelt Bécsben 1553. június 25-dikén.

Quum..... in terra Siculorum nostrorum intelligamus magnam copiam Salis esse, et quidem passim obviam, quod illis non nisi ad eorum privatum usum et domesticas necessitates concessum est, non autem ad questum et negociationes, Debebit maximam adhibere diligentiam Thesaurarius noster tum per Superintendentem, tum Officiales et ministros Camerarum, ut advigilent magnopere super eos, qui ex terra Siculorum Salem venalem sive per currus aveherent, et tales deprehensos non solum iumentorum et Salis ablatione, verum etiam personali detentione severe puniendos curet, et per omnes modos inquirere et cognoscere a talibus reliquos etiam, quos similem fraudem facere solitos novissent, quos quidem sic investigatos et nominatos deferre Thesaurarius ad Vaivodam nostrum tanquam Comitem Siculorum debeat, ut diligentius ac certius re comperta opportuno ac debito tempore per eum in illos animadvertatur.

Et quia in pertinencijs arcis Görgény, quae nominatim ad Officium Vaiuodatus pertinet, similis copia Salis per Siculos erui dicitur, daturi sumus mandata ad Vaivodam nostrum, ut iniungat Officialibus suis, ne patientur illic per Arcis subditos aut alios fraudem fieri in auferendis alio, et vendendis Salibus, Et ut Thesaurario nostro, et Superintendenti, Officialibusque et Servitoribus Camerarum nostrarum tam ipse Vaivoda, quam sui Praefecti in dicta Arce, et etiam in aliis locis constituti, omni auxilio adsint.

Ezen utasítást egész terjedelmében kiadta Engel, Gesch. des Ungr. Reichs und seiner Nebenländer III. Thl. Halle. 1801. 4r. 52—66. 1. — A közlött töredék olvasható U. o. 59—60. 1.

CCCV.

Kendi Ferenez és Dobó István erdélyi vajdák megparancsolják Maros szék törvényszékének, hogy Pókai Balázsnak Apafi László ellen némely Maros széki nyárádtői székely örökségekért Maros széken indított, onnan Udvarhelyre, s onnan elébök felebbezett perében a feleket újra idézzék meg, s az alperessel neveztesék meg azt a bírót, a ki a kérdéses székely örökségeket a felperes háromszori törvényes letiltása ellenére neki kezébe bocsátotta, s azután hozzanak a perben ítéletet s azt a szokott feljebbviteli székre Udvarhelyre terjeszszék föl. Kelt Kolozsvártt 1553. december 16-dikán.

Franciscus Kendy de Zenthijwan et Stephanus Dobo de Rwzka waywode Transsiluanenses et Siculorum Comites etc. **Egregijs et Agilibus Capitaneo Judici et Assessoribus Sedis** salutem et ¹⁾ Noueritis Quod Nobis feria sexta proxima post festum beate lucie virginis vnacum nonnullis dominis et harum parcium Regni Transsiluanarum Nobilibus pro faciendo Iudicio causancium In Sede Nostra Judiciaria sedentibus Agilis Andreas de Begez pro Egregio **Blasio de Poka** cum nostris vt Actore ab vna ac Mathias literatus Aczel pro Egregio **Ladislaó Apaffij de Almakerek** similiter cum Nostris literis procuratorijs veluti In causam attracto partibus ab altera **Juxta legacionem Agilis Nicolaj Kowach de wagas Nuntij Sedis Wdwarhel** in figura Iudicij nostri comparendo Quo quidem legacio continebat Qualiter temporibus superioribus prefate partes quandam causam earum Racione certarum **hereditatum Siculicalium in possessione Nyaradthew** vocata in Sede Maros existenti habitatum motam per Appellationem ad Sedem Wdwarhel deduxissent vbi procurator Actoris Contra Incausam attractum proposuisset Qualiter Idem Actor ipsum In causam attractum ab vsu et detencione predictarum hereditatum siculicalium tribus legibus inhiuisset et tercia lege Eundem In causam Attractum ad sedem Maros contra se Citasset vbi ab In causam attracto seiscitatus fuis-

¹⁾ Az 1555-diki átiratban itt kimaradt: **fauorem**.

set quisnam, esset Ille Judex qui easdem hereditates pro libero vsu in Causam Attracto contra prohibicionem per Actorem factam liberasset Idem In causam attractus respondisset se id non teneri faterj, Judices autem dicte Sedis Maros decreuissent debere In causam attractum faterj, Cum autem In causam attractus Nullo pacto Nomen Judicis proferre voluisset Judices Sedis Maros In causam attractum In amissione hereditatum prescriptarum et insuper in Nouem marcis conuictum pronunciassent Quorum Judicio in Causam attractus non contentus Causam presentem ad Sedem Wdwarhel appellasset, vbi per Judices Eiusdem Sedis approbatum fuisset Iudicium, Eorundemque Iudicum Sedis Wdwarhel Judicio In causam attractus non contentus Causam presentem in nostram prouocasset presenciam, Allegasset autem procurator Actoris In causam attractum calumpniose causam prosequi Qua quidem legacione prefati Nuntij coram Nobis modo premissa facta predictum In causam attractum ab onere ipsarum Nouem Marcarum quibus vos conuictum fuisse adiudicaueratis Certis et legitimis de Causis Ex sententia et deliberacione prefatorum dominorum et Regni Nobilium Nobiscum In discussione et Examine presentis cause constitutorum et existencium quittum et absolutum reddendum, per annotatumque In causam attractum memoratum Iudicem cuius Authoritate ipse, ad vsum et vtilitates prescriptarum hereditatum litigiosarum percipiendas liberatus fuerit coram vobis nominandum esse decreuimus et Commisimus, prout decernimus et Committimus Quocirca Requiritur vos et Nichilominus vobis Authoritate qua fungimur Committimus Quatenus acceptis presentibus in prima Sede vestra Iudiciaria post harum Emanacionem celebranda partibus prefatis vel earum legitimis procuratoribus coram vobis vocatis per prefatum In causam attractum Annotatum Iudicem nominari facere Vosque Tandem causam parcium Jure mediante discutere ac per legitimam appellacionem In locum Interrogacionis vestre solitum sine grauamine parcium aliquali Transmittere modis omnibus debeatis et teneamini Jure et Justicia mediante Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Coloswarij termino in prenotato Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tercio.

Kendi Ferencz és Dobó István erd. vajdák 1555-diki ítéletleveléből. (Lásd alább CCCXVII. sz.)

CCCVI.

*A székely nemzeti gyűlés végzése a székelyek adófizetése dolgában.
Kelt Maros-Vásárhelyt 1554. januárius 25. körül.*

Circa festum Conuersionis Beati Pauli Apostoli in oppido Zekeli
vasarhel editi ¹⁾ 1554.

Az Ado fizetesnek modgya, az zekel urak között.

Mijnden ember kij falw nijláth bijrija forinthoth aggijon.

Az kijnek hath forijnth erő labas Barma vagijon forijnthoth
fijzessen.

Az adonak kij zamlalasara es be zedesere, az kijketh az vajda
vrak akarnak valasztani, mijnden zeken, azokath valazzák, es azok
azokath allassák az adonak kij mondasara, es kij feelesere, az kijketh
ewk akarnak, mijnden falwbwl.

Az Regij ewsthewl maradoth ló feijek, kijk nem laijos kirali
halála vthan ló fewwe letthenek, azok megh maradgijanak az fijze-
tésbewl.

Ezeknek kijwölök mijnden Rendbelijek megh fijzessek az adoth.

Az kik az gijwlesre nem jewthenek, azoknak megh bijnthe-
theseth az vrak az zekelij orzagnak engettek,

Az fewdewn lakok dolgáth ijgij hatthák az vrak lennij hogij
az kij ijghaz fewldewn lako, kij nem wallas es nem zalagos, ez
megh thartassék, az kijk ennek kijvöle valok, megh rothassanak.

Az Wajda vrak ijgij vegeztek magokban, hogij közönséges
Iteleteth zolgaltassanak zekel orzagban es megh akarjak adnij er-
tenij az Zekelij wraknak, mijnth hogij hathalmokban vagijon az do-
logh, hogij mijndenek reija tartozzanak. Mijerth penijgh az Maros
Zeken lakozo Zekelij wraijmna az ló fewseghbewl kijlemb Zokasok
wagijon az töb zekelijnel, ezeknek az kijknek lo fewseghkek wala-
melij falwban wagijon, ezeknek az ew emberij kijketh az ew ló fő-
segheken tartnak megh ne rothassanak.

¹⁾ Értsd: Articuli.

Mijkor lazar Bernalthoth el vjythék az ijdedben amij éghés thörthenth, wagij az kijknek marhaijokath el wetthek, ennek az penz zedewk ijol vegere menwen azok megh ne rothassanak.

Az első lapon egykorú irással: Memoriale 1554.

Későbbi kézzel: Modus Exolvendi Census et alia onera prae-standi Dominis in Sicilia Transylvaniae.

Egykorú másolata a magyar nemz. Muzeum kéziratárában (a Nagy István féle gyűjteményben).

CCCVII.

Kendi Ferencz és Dobó István vajdák parancsa Darlaczi Jugához, Györgyhöz és Baládfi Tamáshoz, hogy intsék meg Szentkirályi Andrászi Mártont, hogy Andrásfalvi Bálint deák nejeinek Klárának Fületelkén és Egrestőn Küküllő vármegyében fekvő részjóságait bocsássa ki kezéből; mit ha nem teljesít, idézzék meg tizenötöd napra az ő törvényszékek elébe. Kelt Beszterczén 1554. április 1-én.

Franciscus Kendi de Zentijwan et Stephanus Dobo de Ruzka Wayuode Transilvanenses, et Siculorum Comites etc. Egregijs et Nobilibus Juga darlaczij, et Georgio similiter darlaczij de Czyk(manto)r Thome Balatffy de Balauasara: Salutem et fauorem. Dicitur nobis in persona, Generose domine Clare consortis Egregij valentini literati de Andrasfalva, Qualiter Anno superiore quedam porcionnes possessionare (igy) eiusdem domine exponentis in possessionibus filelhelkij et Egrestw vocatis, in comitatu de Kykelw existentibus habite, decedento ab hac luce genitore domine exponentis. Primum Petri Myko Tandem vero olim Matthei Kwn, de Kal, Nobilium dominorum videlicet, et maritorum, nobilis condam domine Magdalene exinde, Tanquam de manibus tutorum Juris ordine, Coram Magnificis fratre Georgio Episcopo Waradiensi et Locumtenente reobtente fuissent, quasquidem possessionarias porciones procurator domine Actricis post Juridicam restatucionem, manibus Egre-

gij et Agilis **Martini Andrassi de Zenthkyral** vtunque assignasset et apud eundem haberetur Inpreiudicium et dampnum eiusdem valde magnum, quas ad presens dicta domina pro se repetere vellet, Jure admittente, Requirimus igitur vos, vobisque Auctoritate nostra qua fungimur firmiter Committimus, quatenus acceptis presentibus, simul vel duo vestrum Suboneribus Alias in talibus obseruare solitis, ad facies bonorum prescriptorum accedendo, eundem de bonis prefatis medio Judicis Jure admoneatis vt prescriptas porciones possessionarias apud ipsum per procuratorem dicte domine exponentis assignatas pace simpliciter remittere et resignare debeat et teneatur, Qui si fecerit bene quidem, alioquin euocetis eundem ad decimum quintum diem a die admonicionis videlicet ipse fieri computando de bonis et Juribus possessionarijs predictis nostram Inpresenciam rationem redditurum, ex eo quod idem in causam Attractus in Sede Siculicali propriam habeat residenciam neque iuxta contenta generalis decreti Nobiles in sede Siculicali execucione facta valeant Igitur ex bonis prescriptis commode ad noticiam ipsius, Euocacio peruenire poterit Certificando eundem Ibidem, vt siue ipse termino impredicto coram nobis compareat, siue non, nos ad partis Comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod Juri videbitur expedire et post hec vos seriem vestre execucionis, et Euocacionis vt fuerit expedita nobis fide vestra conscienter mediante rescribere debeatis et teneamini Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bistricie In dominica Misericordie Anno 1554.

Eredetije a budai kamarai levéltárban (N. R. A. 1569. csomag, 25. szám).

CCCVIII.

A gyula-fejérvári káptalan bizonyítja, hogy előtte Keszii Székely János maga és atyjafiai nevében Susselics Horváth Jánossal, Sülyi Borsvai Miklóssal és Zágori Herencsényi Jánossal s ezek atyjafiaival, az általok nagy költséggel és fáradtsággal visszaszerzett szentléleki váron s annak Kézdi széki tartozandóságain egység szerint megosztotak. Kelt 1554. április 24-dikén.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis Transsiluane Memorie commendamus per presentes, Quod Egregij Joannes Zekel de kezij ab

vna ac Joannes Horwath Swsselijth, Nicolaus Borswajj de Swl et, Joannes Herenchenij de Zagor partibus ab altera, Idem Joannes Zekel, Josephi Zekel fratris sui Carnalis ac aliorum cunctorum fratrum propinquorum et consanguineorum suorum, dictus vero Joannes Swsselijth Balthasaris Melchioris, et Stephanj filiorum, ac puellarum Elizabeth Penczij priuigne et Vrsule filiarum suarum Necnon Simeonis Swsselijth fratris sui Carnalis ac Nicolai Petri ac Michaelis filiorum eiusdem Simeonis, Item francisci et Emerici Rohmanij, filiorum ac dominarum Dorothee Thome Nijwthodij consortis et Sophie puelle filiarum Egregij condam Sigismundi Rohmanij, Item Nobilium Joannis, Sigismundi, Michaelis et Georgij Bardocz filiorum Nobilis condam Michaelis Bardocz ex domina Catharina filia Egregij condam Sigismundi Rohmanij progenitorum, Item Nicolaus Borswajj de Swl Emerici, Mathie, Stephani, Melchioris et Nicolaj filiorum ac Dorothee puelle filie sue, Joannes vero Herenchenij, Ladislai, Benedictj et Petrj Herenchenij fratrum suorum Carnalium ac aliorum vniuersorum fratrum propinquorum et consanguineorum quos infrascriptum quomodocunque tangeret et concerneret Negotium, oneribus et quibusuis grauaminibus si in subscriptis persistere nolent super se assumptis Coram Nobis personaliter constituti, sponte et libere fassi sunt in hunc modum. Quod ipsi Matura intra se deliberatione prehabita ratione **Castri Zenthleluk** et uniuersarum pertinenciarum eius **in terra Siculicali et sede Kijzdij** existentium habitatum, olim tum per progenitores ipsorum tum etiam per ipsos videlicet Joannem Horwath, Nicolaum Borsway et Joannem Herenchenij multis laboribus fatigijs et expensis longo litis processu ex alienis Manibus eliberatarum et Recuperatarum in talem Amicabilem pacis et concordie perpetuo durature deuenissent vnionem prout deuenerunt nostri In presentia tali modo. Quod ipsi Imprimis ante omnem diuisionem dicto Joanni Zekel in pertinentijs dicti Castri Zenthlelek tres sessiones Jobagionales populosas commisserunt Insuper quartam partem Medietatis dicti Castri Zenthlelek vvacum vniuersis pertinentijs puta terris arabilibus cultis et incultis agris pratis campis pascuis fenetis siluis Nemoribus piscinis piscaturis aquis flluuijs aquarumque decursibus Molendinis piscinarumque et Molendinorum locis, vineis et vinearum promontorijs, ac generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum integritatibus quouis Nominis vocabulo vocitatis ad Idem Castrum Zenthleluk et perti-

mentias eiusdem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus dicto Joannj Zekel fratribusque suis ac eorum hereditibus et posteritatibus utriusque sexus vniuersis dederunt concesserunt et inscripserunt Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, alijs tribus partibus dicte Medietatis prefati Castri, ipsis similiter saluis integre remanentibus, infrascriptis conditionibus mediantibus. Quod si aliquando temporum in successu aliqua partium premissam compositionem in toto vel in parte infringere vellet et conaretur modo aliquali Extunc pars huiusmodi dictam compositionem violans sew infrigens in Amissione Cause sue et in duobus Millibus florenorum parti aduerse soluendorum conuincatur et conuicta habeatur eo facto, Item si dictus Johannes Zekel vel fratres sui aliqua Bona et Jura possessionaria ipsum legitime concernencia in hijs partibus Transsiluanis Jure mediante Requirere voluerit, Extunc simulcum predictis fratribus suis paribus expensis, sumptibus et fatigis requirere debeat, que si reobtinere et recuperare poterint, Equaliter inter se diuidant, Ad que omnia firmiter obseruanda partes predictae sese suasponte personaliter, alios autem ad onera et grauamina in se assumpta obligauerunt coram Nobis harum Nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum feria tertia in festo Beatj Georgij Martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo quarto.

Eredeti fogalmazvány papíron a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista Krasznensis Fasc. III. Nro. 19.).

CCCIX.

I. Ferdinánd király az összes székelység követeinek kérelmére megerősíti a székelyek ős időktől fogva élvezett adómentességét és régi szabadságait, kikötvén azonban, hogy a régi királyoknak tartozott szolgálataikat s a szokásos ökörsütést neki és utódainak is teljesítsék. Kelt Bécsben 1554. április 26-dikán.

Nos Ferdinandus diuina fauente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Seruiae,

Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archi Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Marchio Moraviae, Dux Luxemburgiae, ac superioris et inferioris Slesiae, Virtembergae et Thecae, Princeps Sueviae, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritiae, Landgravius Alsatiae, Marchiae S. R. I. supra Anasum, Burgaviae, ac superioris et inferioris Lusatae, Dominus Marchiae Sclauonicae, Portus Naonis, et Salinarum etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis, quod fideles nostri **Agiles et Egregij Blasius Bernad et Michael Sandor Nuncij et Oratores vniuersorum fidelium Sicularum nostrorum** ad nos missi, venientes nostri in praesentiam retulerunt Nobis humillime, quod licet **vniuersi Siculi a priscis semper temporibus, quibus maiores eorum duce Attila ad partes Regni nostri Transsiluanas venissent, ibique consedissent, a diuis Regibus Hungariae praedecessoribus nostris ab omni penitus censu siue taxa pecuniarum soluenda exempti fuissent, et liberi, ac vera nobilitate vsi fuissent,** hoc demto, quod singuli eorum tempore coronationis ac Nuptiarum, nec non natiuitatis primogeniti filij Regum Hungariae vnum bouem Regi dedissent, tamen non diu antea per Reuerendissimum quondam fratrem Georgium Episcopum Varadiensem, qui post Serenissimam Isabellam Reginam eis et Transsilvaniae praefuerat, varijs artibus et practicis eos coegisset in sortem tum census Turcici, tum subsidij pecuniarij dictae Reginae praestandi ad certam summam pecuniarum soluendam Qua ex re libertatis et Nobilitatis eorum antiquarum maximum praeiudicium factum esset. Supplicarunt itaque Maiestati nostrae suo et aliorum scilicet omnium, a quibus missi erant, nomine, vt eos in pristinis eorum libertatibus, quibus ab antiquo vsi fuissent, gratiose conseruare dignaremur. Nos itaque humillima eorum supplicatione intellecta, considerantes etiam fidelia, ipsorum seruitia, quae Maiestati nostrae turbulentis his temporibus fideliter exhibuerunt et de caetero quoque se constanter omni tempore exhibituros promiserunt, annuimus et gratiose concessimus, vt rebus ita, vt praefertur et nobis retulerunt, stantibus et se habentibus, nullum tributum seu censum pecuniariam Nobis dare teneantur, sed in vetustis eorum libertatibus ac iuribus, quibus usi sunt, pacifice conseruentur ac permaneant, ita tamen, quod ea omnia quae diuis olim Regibus Hungariae nostris praedecesso-

ribus in boum per singula capita connumeratione, vel ut vulgo dicitur ustione ¹⁾, ab antiquo suis semper consuetis temporibus praestiterunt, de caetero quoque semper praestare Nobis et haeredibus ac successoribus nostris Regibus Hungariae debeant et sint astricti, praeter tamen nihil contra eorum antiquam libertatem exhibere teneantur; imo annuimus et concedimus harum nostrarum, quibus secretum Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungariae vtimur, est appensum, vigore et testimonio literarum. Datum in Ciuitate nostra Vienna Austriae, vigesima sexta die mensis aprilis, Anno 1554. Regnorum nostrarum Romani vigesimo quarto, aliorum vero vigesimo octauo.

Legelsőben kiadta némi rövidítésekkel és lényeges kihagyásokkal, a pozsonyi kamarai levéltárban volt hiteles másolatból, Pray, Dissertationes in Annales veteres Honnorum. 124. 1. — Magából I. Ferdinánd király eredeti Liber Regiusából, az egykori m. kir. udvari cancellaria levéltárából, kiírta Kaprinay István, kinek a pesti egyetemi könyvtárban őrzött kéziratgyűjteményéből (B. XXXVIII. köt. 241. 1.), egész terjedelemben közzé tette Fejér, Cod. Dipl. VII. dar. V. köt. 79-81. 1.

CCCX.

Több megnevezett választott bírák ítélete az Illyési Kristóf által Illyési Kozmáné részére kiadandó s az által haláláig birandó negyed rész örökség dolgában. Kelt Bölönben 1554. junius 9-dikén.

Mw fogot Bijrak Barothij Balas Barotrol, Bedeo Lazlo felij ajtharol, Inche Sandor vgian fel ajtarol²⁾, Barrabassij Balas ferench benedek, ferenc Mihal, Nagh peter Beolonbol, Janko Gijorgh Zalanrol, Illijessij Cozmane Illijessij Christoph dolgabol, ewrok weget malom weget es egijeb dologh felol Mindenekrol az kijk ew kewzottok woltak, teottwnk ilijen wegezesth ew kewzottok Mind ewrokbol Santho foldbol Senafwbol az assonj Negijed Ressen megh ma-

¹⁾ A nép nyelvén **ökörsütés**.

²⁾ **Fel-Ajta** a mai **Közép-Ajta** Miklósvár széken.

raggijon, a mint az elewth el wegeztek wolth ew keozottok, azon Rend tartasban az assonj elteig birija, holta wthan az gwkerre maraggion, es igh hogh az Santho feoldet el nijlalijsak negijede az assonnak harom Resse Cristophnak Az Malomrol ilijen keppen wegeztwk, hogh Illijessij Cristoph az Malomban harmados, ilj okkal az cijnalasat keozwl cinalljak az assonnijal, es az malomnak minden gongijat wijselije, es holtha wthan Illijessij Cristophnak maragijon Ezeket Mw Bijrak hijtwnk Serent megh irtwk, ez lewel Bijzonsagwl.

(Zöld viaszba nyomott nyolcz kis pecsét nyoma a lap alján, mely pecsétek egykor az irás két alsó sorát borították, de már lemállottak, — A negyedrét levél hátlapján következik:)

Illijen kewtel alath hogh ha hol ez felijwl el wegezet dolgoth megh nem allanak, a menemw keoteleth az Wr Sekj eleoth ö Magoknak wottek wolth, wgijan azon kewtelen maragijanak ket Szaz forintot le tegijenek wgh keznessenek ebbe perth, a walame-lijk fel ez Serzesnek nem allana. Ez lewel kolth belombol Senth haromsaghnapijan Anno domini 1554.

Eredetije papiron a gy. fejérvári káptalan levéltárában (Cista Szathmár Fasc, VI. Nro. 28.).

CCCXI.

Szentpáli Kornis Miklós s választott bíró társai Vargyasi Dániel Ferencz és Balázsnak aldobolyi Mihálcz Mihály özvegyével Annával s fiaival Istvánnal és Ferenczczel a Fejér vármegyei felső-rákosi részjósáágért folytatott perében a kérdéses jósáágot a Dánielek részére ítélik, mint a kik jogukat előttük oklevelekkel bebizonyították. Kelt Felső-Rákoson, 1554. június 12-dikén.

Nos Nicolaus Kornijs de Szentpal, Benedictus Sykesd de Also-Rakos, Paulus Daczo de Szentgyörgy, Franciscus Beldi de Uzon,

Stephanus Daczo de Olasztelek, Nicolaus Botz de Köpecz, Judices delegati vniuersis et singulis praesentium notitiam habituris damus pro memoria, quod **Egregij et Nobiles Franciscus et Blasius Daniel de Wargyas** ab una, ex altera vero domina **Anna Relicta quondam Michaelis Mijhacz, ac filij eiusdem Stephanus et Franciscus Mijhacz de Alijdobol** causantes pro portione possessionaria possessionis **Felső Rakos in Comitatu Albensi** existentis habita, utraque pars pari et unanimi voluntate tali conditione deliberauerunt, Quidquid praescripti delegati Judices inter ambas partes iuxta Decreti contenta iudicauerint ac cognouerint, sub amissione litigiosae portiois praescriptae perpetuo et irreuocabiliter vtraque pars velit contentari. Idem praedicta domina Anna relictas quondam Michaelis Mijhacz de Alijdobol coram Nobis Judices delegatos probare queat, quod portio litigiosa praescripta per genealogiam iure successorio eam concerneret. Idem Franciscus et Blasius Daniel et domina Anna et filij eiusdem videlicet Stephanus et Franciscus Mijhacz de praedicta Aldobol pari et unanimi voluntate causas eorundem feria quarta proxima post festum beati Barnabe Apostoli proxima coram Nobis proposuerunt, quod quidem propositionem Egregij Franciscus et Blasius Daniel litteralibus suis Instrumentis videlicet donationalibus, Capitularibusque et sententialibus adductis et praesentatis, visis et consultatis omnem iusticiam eorundem Egregiorum Francisci et Blasij Daniel ab praedicta Wargyas, portionem possessionariam possessionis Felső Rakos habitam, eisdem adiudicauimus perpetuo et irreuocabiliter tenendam pariter et habendam, ex eo, quod praedicta domina Anna vnacum filijs suis, videlicet Stephano et Francisco Mijhacz, cum nullis instrumentis et alijs approbationibus verificare minime potuerunt. Harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum ex possessione praedicta Felső Rakos feria quarta proxima post festum beati Barnabe Apostoli Anno domini 1554.

(P. H.) (P. H.) (P. H.)

Trausch Ferencz Józsefnek az eredetiről vett másolata után, mely megvan a brassai evang. gymn. könyvtárában.

CCCXII.

Garda Menyhért bágyoni lakos azt a gyümölcsöst, melyet neki megsebzéséért bágyoni Bartha András örökre adott volt, s melyet Csegezi Tar János az ő atyjától már előbb is megvásárolt, miután a vevő némely jámborok közbenjárására őt is kielégítette, annak és maradékainak örökösen eladja. Kelt Bágyonban (Aranyos széken) 1554-ben.

Melchior Garda in Bagijon fateor et Recognosco per presentes meas litteras Coram Agiles Dominos viros videlicet Gregorium minorem de chegez et franciscum demeter ac Christophorum Balogh, Stephanum Panczel de Bagijon, Quod hortum pomifferum, videlicet omnia ligna fructificancia, que mihi Andreas Bartha de Bagijon, pro wlnere et lesione, ac effusione sanguinis data in perpetuum fuerant, Agili Joanni Thar de chegez dedisse de Nuo, Quem a domino patre nostro precio condigno coemerat, Quique mequoque Secundum Intercessionem proborum contentauit, mittoque eundem in dominium perpetuum in filios filiorum contra dictore nullo appa-
rente, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuum, has litteras eidem inscribi feci, Eidemque sub sigillo nostro pro maiori firmitate concessi, Datum in Bagijon 1554.

(P. H.)

Idem Melchior qui Supra.

Eredetije papiron, Borbély Sámuel adományából, az erd. Muzzeum kéziratárában.

CCCXIII.

Kendi Ferencz és Dobó István erdélyi vajdák parancsa a kolosmonostori conventhez, hogy Drakulya Lászlót és nejét Annát a Maros széki Bánd helységben lévő házba és nemesi udvarba, melyet az említett Anna leánya Borbála, Kornis Mihály neje, nekik örökbe vallott, igtassák be. Kelt 1554-ben.

Franciscus Kendij de Zenth Iwan. Ac Stephanus Dobo de Ruzka. Wajjwode Transsiluanenses, et Siculorum Comites etc. Amicis Suis Reuerendis Conuentuj Ecclesie Beate Marie virginis de Colosmonstra. Salutem, et Amicicium paratam cum honore. Dicitur Nobis in personis Nobilium **Ladislai Drakulija**, et domine Anne Consortis Sue, qualiter ipsi In dominium domus et Curie Nobilitaris in possessione **Band, in Sede Maros** existente constructe ac cunctarum hereditatum eiusdem ad eandem pertinencium. Secundum fassionem Nobilis domine Barbare filie eiusdem domine Anne exponentis, Consortis Egregij Michaelis kornijs legitime vellent Introire, Super quo, Vestras Amicicias presentibus petimus diligenter, Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio (fidedi)gnum: Quo presente Thomas vel Franciscus Mijhalfij. Joannes Aut Franciscus Ze (Ba)lthasar Polijak, siue Lazarus Neue Georgius Chanij de Zenthkijral, Al(ijs absentibus) homo Noster ad facies prescripte domus, Consequenterque heredita(tum eiusdem Si)culicalium, vicinis, et Conmetaneis Inibi legitime convocatis, et (presentibus accedendo) Introducat pre(nominatum) Ladislaum Drakwljia Ac (dominam Annam consortem suam) Statuatque (eande)m Eisdem, et eorundem (heredibus et posteritatibus vniuersis).....

Kivül: Amicis suis Reuerendis Conuentuj Ecclesie Beate Marie Virginis pro Nobilibus Ladislao Drakulya Ac domina Anna Consorte Sua.

Eredetije igen elröngyöltött papiroson, az oklevél utolsó sorainak híjával, az erd. Muzeum kéziratárában (Mike Sándor gyűjt. I. köt.). —

Ezen beigtatási parancs hátára volt írva a convent jelentése a minden ellenmondás nélkül történt beigtatásról; mely jelentésből, minthogy a főlivre irt parancsnak mintegy fele elrothadt és elveszett, csak egy rész, t. i. minden sornak csak utolsó fele, olvasható. — Az oklevél hátára egykorú írással fel van jegyezve: Band in Sede Maros, s ez alatt más kézzel: Anno 1554.

CCCXIV.

A székely nemzetnek a törvénykezést és igazságszolgáltatást illető régi szokásos törvényei, melyeket a székely nemzeti gyűlés összeirt, s Kendi Ferencz és Dobó István erdélyi vajdákknak bemutatván azok által megerősített, Székely-Udvarhelyt 1555. apr. 28-dikán.

Municipalis consuetudo Siculorum ex Judiciis.

1) Az mely széken az per elkezdetik bíró vagy hadnagy előtt, ha az első széken ellene mondás nem léssen, tehát a pert azon procurator végig viheti; ha hol ellene mondás léssen, bizonyítsa meg a bíróval vagy hadnagygyal, hogy vallott procuratora; ha meg bizonyíthatja, a más fél dolgát elveszti, ha meg nem bizonyíthatja, székely földén három gyrán marad, ki másfél forintot téssen, és a pert elveszti, s külömben fel nem veheti perét, hanem ha leteszi az három gyrát; az után, ha akarja, ismét ugyanazon emberét procuratorává teheti.

2) Ha procurator hívás léssen, székely földén másfél forintot téssen.

3) Ha valamely perhez akárhány személy légyen kereső, együtt egy új itélettel és egy sententiával esik meg.

4) Az új itélet árra egy forint, a sententia árra is egy forint; ha pedig valaki feles örököket vagy malmot nyerne meg, három forint.

5) Székely földén a széktörés 24 gyra.

6) A székelység között való patvar 24 gyra, és a pernek örökös elvesztése.

- 7) A méltatlan keresetnek birsága a székelyek közt 3 gyra.
- 8) A pernek letétele a széken egy forint, a Fejedelem tábláján 3 forint.
- 9) Székely földén a széken egy gyra tészen 50 pénzt, vagy fél forintot, a Fejedelem tábláján egy forintot.
- 10) Valamely dologban sententiát mondanak, kétszer terh nélkül bentilthatják, harmadszor terhe vagyon.
- 11) Valamely dologban sententiát törnek, a sententia árra azé, a ki a sententia árrát megadta volt.
- 12) A sententia törés ha 12 forintot érő dologban jár, egy forint; ha pedig annak felette léssen, mindenkor 3 forint.
- 13) Valamely dologban sententiát mondanak, ha a meggyőzött fél uj ítéletet kér benne, miglen a sententia ki nem adatik, a meggyőzött fél nem tartozik a sententia árrát megfizetni.
- 14) Ha uj ítélettel érik a sententiát, miglen véle el nem járnak, tehát el ne jár hassanak a sententiával; ha eljártanak volna is, ha uj ítélettel érik, a sententiával elvitt marhákat tartozik kiadni, miglen az uj ítélet mellett vége szakad.
- 15) Valamely alperes a felperesnek hitére hagyja az ő keresetét, ha megesküszik a felperes, megnyeri dolgát; ha pedig meg nem esküszik, az alperes ment léssen.
- 16) A felperes kérdőre nem veheti önnön hitét a biró elől, az hol a per léssen.
- 17) Minden hadnagy és biró tartozik minden törvényt elnapozni, és ha el nem akarná napozni, admonitióval kérdőre veheti, a ki akarja.
- 18) Valamely peres más székre akarja dolgát halasztani, szabad légyen; de tovább ne halaszthassa, hanem ha szék vagy ország dolgában vajda urakhoz vagy fejedelemhez küldtettnék.
- 19) Valamely per csak 3 forint érő dolgában jár, azt egyik székről a másakra ne vihesse, miképpen önnön hitét.
- 20) Valamely embernek fia, leánya vagyon, az örökség a fiat illeti; de ugy hogy a fiu a leányt, kiki a maga székének törvénye szerént, kiházasisa.
- 21) Ha két férfiú egy ember gyermeke, egyiknek fia, a másiknak leánya vagyon, a leány olyan örökös az atyja örökségében mint a fiu.
- 22) Valamely embernek két leánya vagyon, fia nincsen, aty-

jokról maradt öröség egyaránt illetik őket, de úgy, hogy a kisebbik választhasson a lakó helyben, de úgy hogy a másiknak hozzája hasonló legyen, egyaránt örökösödhessenek benne; ha pedig a kisebbik a nagyobbiknak hasonlót nem adhatna, tehát az örökség két felé osztassák.

23) Valamely embernek két leánya vagyon, egyik leánynak fia, a másiknak leánya vagyon, a leány is olyan örökös az atyja jószágában, mint a fiu; de ha a leánynak fia és leánya létszen, a fiu a leányt kiházasítja belőle.

24) Valamely székely örökségben 32 esztendő eltelik, indulatlan volt benne az ember, a más fél nem tartozik reá felelni.

25) A zállagos jószágban idő mulás nem tartatik.

26) Valamely ember vérgyökér valamely örökségben, abban idő mulás nincsen; mivel a vér atyafiak között a Decretum szerint idő mulás nem lehet.

delitibus vestris et vestrum singulis harum serie firmissime, vt dictos Ciues et Incolas annotati Oppidi nostri Vduarhelly contra eorum antiqua Jura, libertates et antiquas receptas consuetudines, ad praemissa vel alia quaelibet onera sufferenda, et ad solutiones birsagiorum vel alias insolitas exactiones cogere et compellere non debeatis, nec sitis ausi modo aliquali, Secus gratiae nostrae sub obtentu non facturi, praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albae Juliae Sabbatho proximo post festum beati Francisci confessoris Anno Domini 1558.

Báthori Zsigmond fejedelemnek 1595. dec. 24-én kelt megerősítő leveléből.

CCCXXIX.

Izabella királyné átírja és megerősíti János királynak Felvincz mezőváros részére az Aranyos széki Hidas, Csákó és Örményes helységek fölött lévő erdők használat megítélő, 1538 ban kelt levelét. Kelt Gyula-Fejérvártt, 1558. october 27-dikén.

Nos Isabella Dei gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod pro parte et in personis fidelium nostrorum Ciuium et inhabitatorum vniuersorum **Oppidi nostri Siculicalis Felvincz** exhibitae sunt nobis et praesentatae quaedam literae Serenissimi condam Principis domini Joannis Regis Hungariae, mariti nostri multum desideratissimi adiudicatoriae, in simplici papiro patenter confectae, Sigilloque suo in inferiori earum margine ab intra impressue communitae, continentes in se quandam iudiciariam ipsius Domini Regis deliberationem super remissione vsus **Syluarum Siculicalium supra possessiones Hidas, Chako et Ewrmenyes in Sede Siculicali Aranyos** existentes habitarum. Supplicatumque extitit Maiestati nostrae in personis quorum supra, vt nos easdem literas memorati domini Regis adiudicatorias, ac iudiciariam commissionem eiusdem in ipsis literis denotantes, annotatis Ciuibus

et incolis dicti Oppidi nostri Felvincz, haeredibusque et posteritatibus ipsorum vniuersis, praesentibus literis nostris perpetuo valituras approbare, ratificare et roborare dignemur. Quarum tenor talis est. Nos Johannes dei gracia stb. (Lásd fontebb 1538-ra **CCLXXIII. sz.**) Nos igitur praemissa supplicatione, nostrae pro parte et in personis annotatorum Ciuium et inhabitatorum dicti Oppidi nostri Siculicalis Fel Vincz, modo quo supra porrecta Reginali Maiestati, exaudita, praescriptas literas dicti condam domini Regis adiudicatorias, simul et iudiciariam eiusdem deliberationem et commissionem in ipsis literis specificatam, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos approbauimus, roborauimus, et ratificauimus imo approbamus, roboramus, et ratificamus, eisdem eorumque haeredibus et posteritatibus perpetuo valituras, Harum nostrarum, Sigillo nostro, quo vt Regina Hungariae vtimur, impressiue communitarum vigore et testimonio literarum. Datum in Ciuitate nostra alba Gyula vigesima septima mensis Octobris, Anno domini 1558.

Izabella e levelét átirta és megerősítette Báthori Kristóf 1576. máj. 5-dikén, Báthori Kristóf levelét ismét átirta és megerősítette Báthori Zsigmond 1585. apr. 4-dikén, kinek megerősítő levele megvan a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Liber Regius I. Sigismundi Bathori). — Innen vett másolata megvan az erd. Muzeum kéziratárában (Jos. Com. Kemény Diplom. Transs. Appendix X. köt. 205. sz.)

CCCXXX.

Izabella királyné megparancsolja Udvarhely szék tisztjeinek és közönségének, hogy Udvarhely mezőváros lakosait semmi terhek hordozására és szolgálattételre ne kényszerítsék, a közös erdők használatában ne háborgassák, s a város fölött semmi hatóságot gyakorolni ne merjenek. Kelt Gyula-Fejérvárt 1558. november 10-dikén.

Isabella dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris **Egregijs et Agilibus Judicibus nostris Regijs, necnon Capitaneis, Senioribus, Primoribus et vniuersitati pociorum**

Siculorum Sedis nostre Siculicalis Udwarhely Salutem et gratiam. Ex querelis et iterata supplicatione fidelium nostrorum vniuersorum Ciuium et Incolarum **Oppidi nostri Siculicalis Udwarhely** intelligimus, qualiter essent plerique ex vobis, qui non curato priori mandato nostro ad vos dato ipsos contra libertates aliorum liberorum Oppidorum nostrorum ad diuersa onera in medium vestri sufferenda arctare et compellere non cessarent, nec eisdem syluas communes, quibus antea vsi sunt, vtendas permetterent, in despeccionem mandati nostri manifestam, quod nos a vobis, et presertim ab illis, qui se mandatis nostris opponere conantur, displicentissimo accepimus animo. Et quia nos dictum Oppidum nostrum Udwarhely in ijsdem libertatibus, quibus alia libera nostra Oppida vtuntur, conseruare volumus, nec eosdem iurisdictioni vestre subesse permittemus, mandamus fidelitati vestre et vestrum singulis firmissime, vt a modo deinceps ipsos Ciues et Incolas dicti Oppidi nostri Udwarhely contra iura et libertates aliorum Oppidorum nostrorum, ad queuis onera et seruicia in medium vestri exhibenda arctare et compellere non debeatis, Syluasque liberas, quibus antea vsi sunt, eisdem vtendas permittere, ac Iudices nostri Regij in medio eorum pro tempore constituti, iuxta veterem ipsorum consuetudinem iurisdictionem in medio ipsorum exercere, sontes punire, ac eosdem Ciues et Incolas iuxta presens mandatum nostrum in premissis contra quosuis tueri, protegere ac manutenere debeatis et teneantur, autoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa, iureque et iusticia mediante. Secus sub graui pena indignacionis nostre non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albe Julie decimo die mensis Novembris Anno domini 1558.

Isabella m. p.

Gr. Kemény József által Bécsben 1822. hiteles másolatról vett másolat után, ily czimű gyűjteményből: Jos. Com. Kemény Collectanea diplomatico-hist. rerum Hung. et Trans. Tom. V. (a m. tud. Akadémia kéziratárában).

CCCXXXI.

Az 1559-ben június 12-re hirdetett gyula-fejérvári országgyűlésen a székelyek folyamodására hozott s az ő viszonyaikat szabályozó végzések. Kiadva Izabella királyné és II. János király nevében Gyula-Fejérvártt 1559. augusztus 14-dikén.

Deliberationes seu Articuli per Sacras Maiestates Hungarie Dalmacie, Croacie etc. super Supplicationibus dominorum Siculorum in comicijs Albe Julie, ad diem duodecimum Junij celebratis confecti, Anno domini 1559.

Cum Sacre Maiestates, inter Reliquos fideles subditos suos, dominos Siculos in clementi et benigno respectu semper habuerint, et ipsorum Libertatibus conseruandis fauerint, nunc quoque Supplicem Libellum per ipsos ablatum fauenter complectuntur, et Illos ipsos in suis Iuribus et antiquis libertatibus, quantum pro temporis ratione fieri poterit, conseruare statuerunt,

Cum autem Inquisicioni et perlustracioni fiende, Ilii ipsi Siculi causam prebuerint, propterea Quod relictis Articulis, in Generalibus comicijs Thorde super impositione Taxe florenorum duodecim Millium pro solita consuetudine sua, Inquilinos proprios primos Siculi supportatos habuerunt, et promiscuam plebem contribucione Integra, florenum vnum et denarios quinquaginta faciente, onerauerunt, atque ob id promiscua plebs Siculorum sepius Sacris Maiestatibus questa est, itaque libuit communicato consilio cum dominis consiliarijs suis, et Regni, vt quemadmodum Inquisicio in vtraque Sede Maros et Wdwarhel per delectos ad id viros peracta est, ita etiam exactio per illos ipsos fieri debeat, non possunt enim Illis Sacre Maiestates, quoquomodo parcere, cum reliquis Sedibus non pepercerint, Tamen in posterum eiusmodi Inquisiciones et perlustraciones, inter ipsos nullomodo fient, si ipsi causam non prebuerint, sed intra limites suos permanere et consistere statuerint, quinocius primos vnacum primipilis Illis videlicet qui iuxta veras Radices, ex Auis et Atais primipilis descenderunt, et quorum Maiores tempore eciam dredecessorum Regum Hungarie, Diui Matthie et Aliorum, probe

et Strenue militarunt, et sanguinem fuderunt, nequaquam in posterum dicabuntur, imo in Antiquis libertatibus illesi, milicie et Belligeracionibus seruabuntur, Quos sacre Maiestates certis temporibus perlustrari facere, et Illorum Militares Apparatus eciam pernoscere volunt,

Emittentur autem ad singulas Sedes, viri digni et fideles, qui singulis possessionibus portas connumerabunt, et pro Instructione Illis per Sacras Maiestates danda, Inquilinos seruos, et communem plebem Sicularum fideliter et recte connumerabunt.

Quantum ad Belligerandum et Expeditionem Militarem attinet, Siculi parabunt se se et mouebuntur, quemadmodum domini Regnicole decreuerunt, et Necessitas Regni postulauerit id quod ex litteris sacrarum Maiestatum super ea re ad ipsos mittendis clarissime cognoscent, et mouebunt, vel in totum vel ex parte, pro Litterarum Regiarum tenore,

Oppida Siculicalia, ab Alys Siculis Auulsa sunt, illa enim contributionem reddere coguntur ad necessitatem Excelse porte, nec possunt duplici onere premi, et sane placuit Sacris Maiestatibus illa Oppida in suis Libertatibus conseruari, quemadmodum clementer fauent Libertatibus Reliquorum Sicularum vniuersis,

Judicibus Regijs Officia conferentur, vt consuetudine laudata et dignitate Sacrarum Maiestatum conueniente, in singulis Sedibus vtantur, nec mulcte aut Birsagia pro Arbitrio Officialium exigi permittuntur, neque tamen Illos ita negligi Sacre Maiestates paciuntur, vt aut prouentibus quoquomodo priuentur aut inter ceteros, parui habeantur, flottipendanturque, quia enim Sacre Maiestates palam vident, et ex testimonys singularum Sedium sub fide productis aperte collegunt Judices Regios inter Reliquos Status Sicularum Negligencius haberi, nec onerum Birsagialium dignam portionem, vt par et conueniens esset, et Officiales principum optimo Jure mererentur, illis Administrari, statuerunt itaque vt deinceps Judices Regij in singulis Sedibus Siculicalibus in honore et existimacione digna habeantur, et in eo sint respectu, quo principis dignitas vere aperte, et in solidum elucere possit, persona enim sue et dignitatis Sacre Maiestates precipium respectum haberj volunt,

Itaque Judex Regius, personaliter, si in seruiijs Sacrarum maiestatum vel Regni occupatus non fuerit, Judicij publicis omnibus interesse debbit, si vero ipse in persona sua, propter serui-

cia Regia aut Regni, vel alia certa impedimenta et rationes interesse non poterit, Substitutum Alium quempiam loco suo deligere debeat.

Sontes autem, et Maleficiarij, per leges publica sententia condemnati, pro consuetudine Regni, et deliberatione dominorum Regnicolarum, vltimo supplicio affici debebunt, nec pactacionibus vllis eliberabuntur, nisi forte gracia principis succurrerit.

In Birsagys furum homicidiorum, fornicacionum, Adulterij effusionis sanguinis, Mutillacionum Membrorum, periuriorum, percussorum liuida membra generancium, Judex Regius in singulis **Sedibus, Maros, Wdwarhel, Aranyas, Chyk Gyrgijo kijzdi et orbaj**¹⁾ habiturus est integram mediam partem, Reliquam vero integram mediam diuidant inter se Capitaneus, Judex Sedis et Assessores pro consuetudine illorum.

Item in omnibus Prouentibus, Birsagialibus videlicet Appellationum, Inuasionis domorum et Aliorum omnium Actuum potenciariorum et Sentencijs capitalibus, ac Alijs eciam ad summam integram vnus floreni, et supra se extendentibus, Judex Regius in singulis Sedibus habiturus est integram mediam partem,

Pignora pro Birsagijs accepta estimari debebunt, et si amplius valuerint, quam Birsagium esset, si redimi non possunt, Judex post triduum pro se redimere poterit, valorem tamen excedentem reffundere debeat et teneatur,

Deliberatum est preterea Quod Restancias vniuersas exigit Judex Regius cum Capiteo et Iudice Sedis.

Item Quod Judex Regius Prouentus seu Birsagia sua, qualiacumque, simul cum Iudice quartali exigere et leuare possit, qui quidem Judex, si cum Iudice Regio venire recusauerit, Judex ipse Regius eciam sine Iudice quartali sua Birsagia exigendi habeat potestatem.

Ceterum Judex Regius, ad quamcumque possessionem diuerterit, honeste excipiat et libere vbicumque voluerit agere possit suis tamen Sumptibus et expensis viuat, citra lesum populum comunem, aut alium quempiam.

In negocio tamen Salis, et Mulctis seu Birsagijs vectorum Sallium Antiquus modus obseruetur, cuius Birsagium soli Iudici Regio cedit,

Quod si forte offensio aliqua illegittima per Iudices Regios contingat, volunt illos Sacre Maiestates Juri stare oportere, in Illa

¹⁾ Sepsi szék kimaradt, alkalmasint csak a leirő figyelmetlenségéből.

Sede, vbi offensio per illos facta est, instar comitum singulorum Comitatum, inter Nobiles, vbi si comites deliquerint, statim iudicari consueuerunt, Appellacio tamen maneat integra, vtrique parti, ad Sacras Maiestates fienda.

Quoniam in Iudicio comprobatum est Primores Siculos ab ipsis primipilis non tantum in Tribus Sedibus, sed etiam in Reliquis Decimas exegisse, deliberatum est itaque, vt Sacris quoque Maiestatibus veras decimas reddere debeant.

Permittunt eciam Sacre Maiestates clementer, vt equi itinerantibus hinc in Moldawiam, vel ex Moldawia vsque ad Maiestates Sacras, citra literas et mandatum illarum minime dentur, sed vbi littere Maiestatum sacrarum fuerint, parcere illis in hac re nullo modo possunt, licet non nisi in Arduis Rebus et eiusmodi Negocijs onerare conabuntur.

Deriuacionem Aque per officialem Arcis Georgen factam in dispendium eorum, valde magnum, Sacre Maiestates quamprimum intelligent ab officiale et rectificare contendunt, ita vt de hac re queri nequeant.

Cum Moldauis et Transalpinensibus illacionem damnorum, et Abactionem pecorum, Bouum equorum interceptionem, et tot violencias Sacre Maiestates ita sopire, et conciliare statuerunt, vt vtrinque et hinc e Transsylvania et Moldauia, et Regno Transalpensi controuersie et rapine conquiescant.

Porro quoniam Siculi Priuilegia nulla prodixerunt, Sacre Maiestates ipsis priuilegia dare, vel confirmare non possunt, Statuerunt tamen clementer Bonum ordinem presentibus Articulis conscribere, et Illis sub sigillo concedere, et ita rem temperarunt, quantum quidem fieri potuit, vt inter tot Rerum difficultates, tum necessitatis publice conseruacionis et Regni, tum libertatis eorum retinende clementem rationem habuisse dinoscantur.

Articulos vero presentes, mandant Sacre Maiestates Illesos Inuiolatos in omnibus punctis et clausulis futuris temporibus semper in solidum obseruari, In cuius euidens Robur et Testimonium Chyrographo et Sigillo Autentico munire Illos voluerunt Date Albe Julie 14 die Mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo Nono.

II. János király 1562-diki átiratából, mely eredetiben megvan az erd. muzeum kéziratárában (Jos. Com. Kemény Godex Authon-

ticus Articulorum Diaetalium Transilv. Tom. I.) — Ugyenezen gyűjteményben megvan ezen 1562-diki átiratnak, mely Maros-Vásárhely város számára adatott ki, egykorú magyar fordítása is, a berekesztés egy pár utolsó sorának és így az átirat keltének is hijával. — Ezen utóbbi példányból adta ki ezeket az 1559. június 12-re hirdett gyula-fejérvári országgyűlésen hozott végzéseket gr. Mikó Imre, Erd. tört. adatok III. köt. 265, 1. Az ő kiadásában azonban ezen országgyűlés ideje hibásan van september 12-dikére helyezve, s maga az átirat kelte is, a latin eredeti hiteles példányból kiegészítve, mely, mint alább 1562-re közlöm, kétségtelenül 1562-ben kelt, az összevonva irt Secundo szónak Sexto-val való összetévesztése következtében, tévedve van 1566-ra téve.

CCCXXXII.

A székelyek törvénykezésbeli szokásos törvényeinek följegyzése, 1559-ből.

1559. Articuli reformati de consuetudine Dominorum Siculorum in iudicijs obseruari soliti

Item quod tempore restitutionis alicuius haereditatis iam ad iudicata pars aduersa ammoneri debet, et alias nullius vigoris ipsa statutio habebitur.

Item, Quod dum aliqui illorum ratione haereditatis Siculicalis alterum in Causam convenire volunt, extunc is primum de alijs fratribus suis respondere tenebitur, ut illum in causam minime conveniat.

Item, Suspicio furticinij contra liberam personam, iuramentum solius personae est. Si vero talis persona alioque tempore tali causa intercepta fuisset, tunc habebit ad expurgandum se, tertio se, iuramentum ad expurgandum se.

Item, Dos et res paraphernales Primorum Siculorum facit florenos 24, dos consortis Primipili facit florenos 12, Dos iunioris Siculi facit florenos 3.

Item, vivente genitore causam amissam filius suscitare nequit.

Item, Calumnia facit, in medio Siculorum marcas 24 et amissionem Causae.

Itera, Quod tota hoc est in integra possessio actum potenciarium exercens convincetur de tanto, sicut tres personae actum potenciarium exercentes, nam tres personae de una integra possessione semper respondent.

Item, Si una persona in offensam alicuius Iudicis introiret, vulgo „belé lépjék", conuincitur in tribus marcis, si vero integra possessio, tunc novem marcis conuincitur.

Item, Occupatio terrarum non ultra se extendit, quam 12 marcas in summum, aliquando tres, nonnunquam sex, aliquando novem, et sic vsque duodecim, iuxta iugerorum quantitatem.

Item, Inuasio domus, necnon potencia in itineribus facta et inuasio ad aratrum facit marcas 24, totidem florenos facientes, coram domino Vaiuoda. Nam in medio ipsorum Siculorum una marca ad denarios 50 pensatur.

Item, violatio Sedis Iudiciariae facit marcas 24.

Item, prohibitio iudicis facit marcas 3, si scilicet vna possessio illum violabit. Si tamen singula persona prohibetur, marcam 1.

Item, actus potenciarium in ablatione equi aut pecudis facit marcas 12.

Item, scissura unius iuncturae facit marcas 12.

Ruptura costae facit totidem.

Vulnus facit totidem.

Ictus gladij facit marcas 12.

Item, astatio falsi termini in Transsilvania facit florenos 33.

Nemen Ked¹⁾ apud Siculos

Igaz tévő Biró apud Hungaros

} Homo Regius vel Vaiuodalis

Heydendorff Mihaly gyűjteményéből vett másolata Trausch Ferencz József gyűjteményében, a brassai ev. gymnasium könyvtárában.

¹⁾ A **Ked** czim nem más mint **Keed**, **Kegyed**, **Kegyvelmed**. Előfordul e czim mint a Csík széki kapitányok és birák népies czime, „qui dicuntur secundum consuetudinem Regni in vulgo **nomen Ked**” egy 1496-diki csiki oklevélben, melyet mult századi másolat után közölt Benkő Károly, s ő utána közlöttem én is főntebb **CCXIII. sz.** — Ezen oklevélben, mint látjuk, in vulgo **nomen Ked**, s alább ismételve Primipili, vulgo **nomen Kedd** áll ugyan: azonban most már,

CCCXXXIII.

II. János király Maros-Vásárhely mezőváros lakosait, más szabad királyi városok módjára, az ország minden rendes birái hatósága alól, az egyházi törvényszéket illető ügyek kivételével, fölmenti; úgy hogy a városi lakosok minden ügyei a város törvényszéke előtt folyjanak, s feljebbezés esetében egyenesen a királyi udvarhoz, vagy vajdához vitessenek föl. Kelt Kolozsvártt, 1560. november 21-dikén.

Nos Joannes Secundus Dei Gratia electus Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicationem Nostrae propterea factam Maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate ac fidelibus obsequijs fidelium nostrorum Prudentum ac Circumspectorum Judicis, Juratorum Ciuium, ac vniuersorum Inhabitantium **Oppidi nostri Zekel Wasarhely**, quibus ipsi se apud Nos, ac defunctam quondam Reginalem Maiestatem dominam Genitricem nostram charissimam pie memoriae semper gratos, et acceptos reddere studuerunt, Ob hoc volentes Nos quoque ipsos Ciues et inhabitatores dicti Oppidi nostri Zekel Wasarhely speciali gratia et fauore nostro Regio prosequi benigne, quo ad fidelitatem nostram deuinctiores redderentur, eosdem a Jurisdictione, et iudiciaria potestate, seu iudicatu quorumcunque Judicum Regni nostri ordinario- rum, exceptis causis forum acclesiasticum concernentibus, **instar aliarum liberarum Ciuitatum nostrarum** clementer eximendos, et

miután az 1559-diki szokásos törvények jegyzékében a **Nemen Ked** czimet olvashatjuk, nem lehet kételkednünk, hogy az 1496-diki oklevélben is eredetileg vulgo (azaz magyarul) **Nemen Ked** állott s a **Nemen** szó hibásan volt olvasva és átírva **nomen** alakban. — A **nemen Ked** ősrégi székely czimet érthetjük, ha tudjuk, hogy a székelyek közt a töemberek és lófők a tisztségeket, hadnagyságot, bíróságot, még 1559 ben is nemek és ágak szerint osztották és viselték, s ha elgondoljuk, hogy törvényes ügyekben a király vagy vajda emberei (homo Regius vagy Vaiuodalis) a székely földön még ezen ideig mindig az illető szék-beli főember vagy lófő szokott lenni.

supportandos ac nostro duntaxat Judicatu obnoxios et subijciendos fore statuimus, ita vt vniuersae et singulae causae Judiciales, quomodocunque et per quoscunque mouendae, in conspectu Iudicis et Juratorum Ciuium praedicti Oppidi nostri Zekel Wasarhely assumantur, discutiantur, et adiudicentur, et nisi Appellatio per alterutram partem interueniat, fine debito terminentur. Quia vero plebs promiscua in longo processu causarum se se exhaurire, et absummere, ac inutiles labores, fatigia et sumptus in Appellationum prosecutionibus facere consuevit, ita vt annos complures in controuersijs et causis absummentes, tandem sumptibus exhausta desperet, et infecta re desistere cogatur. Volentes igitur clementem reipublicae eorum rationem habere, accedente ad hoc consilio fidelium dominorum Consiliariorum nostrorum, id eisdem Iudici, Juratis Ciuibus, et vniuersitati inhabitatorum dicti Oppidi nostri Zekel Wasarhely, eorumque successoribus vniuersis fauenter annuendum, et concedendum duximus, vt a modo in perpetuum Iudices, et Jurati Ciues pro tempore constituti et constituendi, vniuersas et quaslibet causas, modo praemisso, per quoscunque et quomodocunque coram ipsis motas, et mouendas, post earum reuisionem et discussionem, non alio quopiam sed directe in Curiam nostram Regiam, et successorum nostrorum Regum, vel Vayuodarum pro tempore in hoc Regno nostro Transsylvaniae constitutorum, pro maturiori earum discussione, per literas ipsorum transmissionales, totum processum causarum in se continentes, transmittere valeant, atque possint. Imo eximimus, supportamus, annuimus et concedimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis vniuersis et singulis fidelibus nostris Spectabilibus, Magnificis, Egregijs, et Nobilibus Comitibus, Vice Comitibus, Iudicibus Nobilium Comitatum, Castellanis, Prouisoribus, Officialibus, eorumque Vices gerentibus, Capitaneis, Iudicibus nostris Regijs, Assessoribus, Senioribus, pocioribus **Sedis nostrae Siculicalis Marus**, item Prudentibus, et Circumspectis Magistris Ciuium, Iudicibus ac Juratis Ciuibus quarumcunque Ciuitatum, Oppidorum, villarum et possessionum, et alijs etiam cuiusuis status et conditionis, ac honores et officia Iudicatus tenentibus hominibus, vbiuis in Regno nostro Hungariae et Transsylvaniae existentibus, et comorantibus, modernis et futuris, praesentium notitiam habituris, harum serie firmissime mandamus, vt a modo in posterum annotatos Iudicem, Juratos Ciues, ac vniuersos et singulos inhabitatores dicti

Oppidi nostri Zekel Wasarhely, eorumque successores contra praemissum indultum nostrum Regium, eisdem praesentibus literis nostris concessum, vestro adstare Judicatu cogere, et compellere, aut eosdem, et quemlibet eorum praeuia ratione in personis, rebus, ac bonis eorum turbare, molestare, et dampnificare nusquam et nequaquam praesummatis, nec sitis ausi modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. In quorum praemissorum memoriam, et firmitatem perpetuam, praesentes literas nostras pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratas, memoratis Judici, Juratis Ciuibus, ac vniuersitati Inhabitorum dicti Oppidi nostri Zekel Wasarhely, eorumque successoribus vniuersis dandas duximus, et concedendas. Datum in Ciuitate nostra Coloswar, feria quinta proxima post festum beatae Elizabeth viduae, Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo.

Joannes Electus Rex m. p.

Eredetiye Maros-Vásárhely város levéltárában. — Az erd. kormányzékü levéltárban lévő másolatról vett másolata az erd. Muzéum kéziratárában (Jos. Com. Kemény Diplom. Transs. Appendix. X. köt. 207. sz.).

CCCXXXIV.

II. János király megparancsolja Csik szék törvényszékének, hogy Hosszuaszói Xantus Jánosnak bizonyos székely örökségéért Xantus Pál ellen folytatott perében, melyben Xantus János mint felperes ellen meg nem jelenéséért elmarasztaló ítéletet hozott, a per újabb tárgyalása után hozzon új ítéletet. Kelt Maros-Vásárhelyt, 1561. febr. 10-dikén.

Joannes Secundus dei Gracia Electus Rex Hungarie Dalmaeie Croacie etc. fidelibus nostris Capitaneo Judici et Assessoribus Sedis chijk Salutem et gratiam Exponitur Maiestati Nostre in persona fidelis nostri **Agilis Joannis Santos de hozzuazzo**¹⁾ Qualiter

¹⁾ **Santos=Szántos**, eredetileg **Xantus** János, a csiki főemberek és lófők legrégebbi összeírásában, mely kétségtelenül 1569. előtt kelt, Mindszent községben a lófők közt legelől van bejegyezve, **Santus Janus**-nak irva. **Hosszuaszó**, népiesen **Hosszaszó**, hol e család ősi öröksége feküdt, régen népesebb, ma kevés lakosságú hely, mely Mindszent község egyik tizedét teszi.

idem exponens In quadam causa inter ipsum exponentem vt actorem ab una ac Agilem **Paulum similiter Santos de eadem hozzu-azzo** veluti in causam attractum partibus ab alia ratione quarundam hereditatum primum Coram Egregys et Agilibus **Martino Andrasij de Zentkijral** ac **Paulo Becz de kozmas** mota ac tandem per viam Appellacionis vestri in presenciam deducta, propter non venienciam et non comparicionem dicti exponentis onerosum quoddam fecissetis Iudicium, Cum tamen si Idem exponens, cause sue premissis prout debebat modo Inuigilare sciuisset et potuisset sperasset se causam suam premissam Contra partem aduersam de facili defendere potuisse, prout posse speraret eciam de presenti, Supplicatum itaque extitit Maiestati nostrae, pro parte ac in persona Annotati exponentis vt nos de gracia Noui Iudicij, et oportuno Juris Remedio prouidere dignemur. Et quia vniuersos casus nociuos Quorumcunque fidelium nostrorum In Iudicijs emergentes, Ad quantum de Jure et approbata Huius Regni nostri Consuetudine Admittimur, Semel virtute Noui Iudicij soliti simus Reformare Supplicacione igitur dicti exponentis, tamquam Justa et Juri consona clementer exaudita et Admissa. fidelitatibus vestris harum serie firmiter committimus et mandamus, Quatenus Acceptis presentibus statim in prima die Sedis vestre Iudiciarie primitus post harum emanacionem celebrande Non obstante priore Iudicio vestro, Accersitis coram vobis partibus predictis, Auditisque earundem Nouis proposicionibus Allegacionibus et Responsis, Admissis eciam quibusuis testibus fide dignis et probabilibus documentis Secundum deum et eius Justiciam denuo et ex Novo Causam parcium premissam discutere et Adiudicare, Et Si qua parcium huiusmodi Iudicio vestro Nouo contenta esse noluerit, extunc vos causam eandem Cum tota sua serie et processibus exinde Qualitercunque secutis, eo quo vestra antiqua lex et consuetudo Requirit absque grauamine parcium aliquali modis omnibus transmitters debeatis et teneamini Secus non facturi presentibus perfectis exhibenti restitutus Datum in oppido nostro Zekelwasarhel In festo Beate Scolastice virginis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo.

(P. H.)

Lecta et correcta.

Hátára jegyezve: 1563. feria secunda post dominicam Judica pro. A. Caspar kechetij cum sedis, pro J. Joannes hoggiaij cum

eiusdem et exhibet Legacionem, Approbatum est Iudicium Sedis prehabitu eodem die Leuata Sabbato ante Ramispalmarum et dicit quod litis intermedio et sub nouo Iudicio sylum hereditariam minime desolasset, cuius damnum non remississent pro florenis. L. et viam riam A. reclusisset et sopiuisset, Neque tenet penes prohibita.

Eredetiye a m. kir. kamara levéltárában (N. R. A. 1570. csomag, 34. sz.).

CCCXXXV.

A székeleyek támadására vonatkozó jegyzetek Szeben város számadási könyvében. 1562 május 9—június 11.

9. Maij Cum domini Ciuitatis Schesburg ad nos mississent, dominum Gregorium aurifabrum, et indicassent **Siculos sur-rexisse et tumultuari**, missus est Joseph cum literis ad dominum Hallerum, an forte populo nostro iam emisso expedito opus haberemus domifl. 1. den. 25.

10 Maij Missus est franciscus ad Ciuitatem Schesburg, cognoscendum **quo tendant quidue incipiant tumultuantes Siculi**, quibus intellectis nostros certificare possimus ... fl. o. den. 60.

14 Maij Eodem die, Missus est, Joseph Stolzenburger, ad Superiores Sedes Cum Mandato regio, vt **Siculos Tumultuantes ad se missos causa faciendae Seditiois, capere et ad Sacram Maiestatem suam mittere deberent**, datis expensis fl. o. den 60.

In negocijs premissis missus est Andreas ad sedes Inferiores fl. o. den. 60.

15 Maij, Misso francisco Clauseburgum Cum literis ad dominum Hallerum, **ratione Siculorum Tumultuantium** fl. 1. den. 20.

18 Maij Misso Matthia bollog, ad Ciuitatem Schesburg, Cum literis, **intelligendum quo tendant Siculi**, vt nostri certificarentur, datis ... fl. o. den. 60.

26 Maij, missus est thomas waijda ad Suam Regiam Maie-

statem Cum literis significandum Qualiter **Siculi mississent huc Cibinium legatos suos** videlicet, **Matthiam Antalfij de Vdwarhelij, Item Joannem Ember Sijkij et Georgium kowach Schepsij**, Cum legatione quod nos fratres et legatos nostros, ad cos deliberandum et consultandum cum eis mittere vellemus fl. 1. d. 20.

27. Maij, Misso Melchiore Galthij Clauseburgum ad dominum Hallerum cum literis, eidem significantibus, Senatam de Schesburg, dominum thomam Bijdmer ad nos misisse, qualiter **Siculj ab els auxilia peterent, agendum cum sua Maiestate, ne Siculi contra eos inualescerent** fl. 1. d. —

3 Junij Missus est Petrus Zeckel thordam cum literis ad Sumam Maiestatem Indicandum qualiter ipsi **Siculi horrendis minis copias auxiliaries a dominis Rupensibus postulassent** den. 80. Cum eo missus est Benedictus literatus quendam Nuncium Alexandri waijuode ad Pokafalwa deducendum dati d. 20. facit fl. 1. d. —

11 Junij.....Eodem die, Misso Thoma Zakadatij ad Ciuitatem Meggijes et Schesburg Cum literis, **racione Siculorum**, Et quod Sua Maiestas populum in expeditionem bellicam mittendum precipiat, et quod iam Judex Sedis noster exierit . fl. o den. 50.

A hét százsz szék és Szeben város 1562-diki számadási könyvéből a százsz nemzeti levéltárban.

CCCXXXVI.

A székely támadás leveretése után Segesvárt tartott országgyűlés végzései. Keltek Segesvárt 1562. június 20 dikán.

Mű Második János, Isten kegyelméből Magyarországnak, Dalmatiának és Horváthországnak választott királya etc. Emlékezetire adjuk mindeneknek a kiknek illik: Nyilván vagyon mindeneknél, az elmúlt napokban az székely község, Maros, Udvarhely, Csík, Gyergyó, Kézdi, Sepsi, Orbai székbeliek, mű ellenünk és országunknak békeséges állapotja ellen mely hirtelen nagy támadást tettek

vala: ki, ha Isten kegyelmességéből meg nem csendesül vala, féltelmes vala, hogy országunkra nagy veszedelem ne következék, és a székely földje teljességgel el ne veszne. Mely támadás megcsendesítésének okáért tetszett vala nekünk és tanácsunkbeli Uraknak, és országbeli két nemzet hiveinknek, hogy Szent János havának huszadik napján ide Segesvárra közönséges gyűlést tennénk, mely gyűlésben a székelységben való fő népeket és lófejeket fejenként, a község közzül pedig minden székéből tizenhat hat válogatott székelyeket örök hitetlenségnek alatta hivatnánk, hogy megértvén a támadásnak okait, közönséges békességnek csendességgel való megmaradásáról végeznék. Mely gyűlésben, mikor az feljül megmondott község közzül a választott személyek jelen volnának, adtanak vala minden Székekről nekünk supplicatiós leveleket bé, kikből értettük vala, hogy a sok nyomoruságok, kételenségek és erőszak, kiket a fő népek az községen miveltenek, az támadásnak okot adtanak volna. Azért akarván efféle gonoszságnak okait eltávoztatni, hogy országunkban az közönséges békesség csendességgel megoltalmaztassék, az békességnek állapotját ilyenképpen rendeltetni végeztük.

Minthogy a székelység régi szabadságokban bizván, hogy ők jószágokat, örökségeket el nem veszthetnék, az király méltósága ellen s országunknak békességes állapotja ellen sokszor feltámadának, és oly dolgokat mertenek késérteni, kikből országunkra nagy romlás következett: Azért, hogy minden efféle gonoszságnak és támadásnak okai közzülünk kivettessenek, végeztük, hogy ezután, valamikor ők oly dologban vétkeznének, kiből örök hitetlenség szokott következni, ők is azonképpen, mint a nemesség és országbeli több hiveink, örök hitetlenséggel büntetessenek, és mind fejenként jószágokat és örökségeket elveszessék, miképen ez dologról más Articulusink között országunkbeli hiveinknek közönséges végezéséről Articulus vagyon.

Az fő népek az ő főiségekben és az lófejek az ő lófőségekben minden székben szabadon éljenek, úgy mint az nemesség az ő nemességekben, és az földön lakókat, kiket jó igazsággal birnak, úgy mint az nemesség az ő jobbágyokat, ők is jobbágyul birják, kik az rovásnak idején az több községgel együtt megrótassanak.

Az fő népek és lófejek minden dézmának fizetéséből kivétesenek, de úgy, hogy ők is lovakkal, pánczéllal, sisakkal, paissal,

kopjakkal hadakozóképpen jó móddal készen légyenek mindenkor, úgy hogy minden lófő az ő lófőségéről az mű parancsolatunkra és országunk szükségére, valamikor kelletendek, egy egy lóval indulhassanak ; kik egy holnapon az ő költségeken éljenek, azután mű nekik minden óra segítségül egy egy forintot adatunk. Az fő népek is az ő rendeknek és állapotjoknak mivolta szerént, ki három lóval, ki négygyel, ki ötten, légyenek készen jó szerrel, kiknek mű esztendő által egy egy lóra nyolcz nyolcz forintot adatunk nyargalásul; mikor pedig országunk szüksége kívánja és szolgáltatban léznek, két két forintot hó pénzt adatunk nékik.

Az székely község mi szabad birodalmunk alatt légyen, kiket sem az fő népek, sem senki, akárkik légyenek, bántani ne merjék, sem semmi szolgálatra ne kínszerítsék őket. Ha kik az fő nép és lófők között ez végezés ellen vétkezzenek, az megbántott személyeknek díjakat megadják, kik az ő nyomoruságukat az királybiráknak megmondják; azok az mű Directorunknak hirrre tegyék, és ezeket a Director Causarum törvényre mű előnkben hivassa; kiket ha az törvény megsulyosit, azoknak díjoknak megfizetésére, elvett marhájaknak visszaadására, és személyekben való megbántásoknak elégtételre kínszeríttessenek.

Látjuk, hogy a közönséges békesség törvénynek szolgáltatása nélkül csendességben meg nem maradhat, végeztük azért, hogy mind székekben mind fő székekben az mű királybiráink, székbirák és székülők minden tizen öt öt napon széket üljenek, törvényt szolgáltatassanak, holott az királybirák vagy mind ketten vagy egyik személy szerént tartozzanak jelen lenni. Hogy pedig a törvénytétel méltóságoson és csendességgel légyen, minden széken tizenkét fő személyek légyenek törvénytudók, istenfélő jámborok, a fő népek és lófők között, kik megesküdjenek, hogy minden barátságot, gyűlölséget, adományt és jutalmat hátra vetvén, az peresek között igaz törvényt szolgáltatnak, kirekesztvén mindeneket az törvénytévő helyről, az dolgokat csendesén, Isten s igazság szerént, és lelkiismeretek szerént megítélik.

Mindeneknél nyilván vagyom, hogy az község hosszú perfolyásnak miatta el szokott fogyatkozni, és egyik székről más székre való kérdő vitellel hijában való költséget, munkát, fáradságot és gondot kénszeríttetnek felvenni, úgy annyira, hogy efféle kérdőknek egy néhány esztendeig való hordozásában elfogyatkoznak, végre lát-

ván hogy semmiképpen nem érnek véget dolgokban, nagy károkkal kényszerítettek pereket veszni hagyni; mely dologból az községről kegyelmesen gondot akarván viselnünk, végeztük, hogy ha mikoron az peresek között valamely fél meg nem elégszik a székeken való törvénytétellel, de kérdővel elébb akarja vinni, tehát az királybírák, hadnagyok és székülők minden dolgokat appellatio által **nem az székely székekre, az mint eddig volt, de egyenesen mindjártást mű előnkben levelek által**¹⁾ és nem követek által, kiknek feledékenségekből sok fogyatkozás szokott esni, mű előnkben bocsássák.

Légyenek az székekben esküdt notariusok, kiket vagy a peresek azon fizetéssel, melyet a követeknek munkájokért adtak, vagy egyébünnét, az mint nekik jobbnak látszik, elégsék meg.

Az községnek panaszkodásából értjük, hogy az mű dézmá-sink, és az fő népek is kik az bárányokat, süldőket és ludfiakat meg szokták a dézmásoktól venni, azokat a szegénységen sok ideig hagyják tartani, néha kiteleltetni is az községnek nagy költségével; azért akarván az községet efféle bántódásoktól megkönnyebbiteni, végeztük, hogy mikor az dézmások az bárányokat, süldőket, ludfiakat megdézválják, az gazdák ezeket három holnapig tartozzanak tartani és gondját viselni, azután az dézmások elvegyék, kik ha erre gondot nem viselnének, ha mi kárunk nekünk esik, az dézmások magok tartozzanak megfizetni. Az dézmában pedig, mind bárányokból, süldőkből, ludfiakból és raj méhekből, az tizedik vétessék, a hol a tiz szám nem telik, a gazdák régi szokás szerént pénzül vált-sák meg. Mely dézmát ha valaki hatalmasul magánál megtartaná, vagy bele kapna, mivel hogy a dézma az mi tárházunkat nézi, ki-ből országunknak sok külömb külömb szükségére kell takargatnunk, az mint az előtt is országunkbéli hiveinkkel végeztük volt, az dézma dolgáért az mű Directorunk mindeneket mű előnkben hivasson, és az dézmák dolgából mindenkoron haladék nélkül törvény légyen.

Értettük azt is a közönséges panaszkodásból, hogy sokan az község között szegénységeknek miatta kényszerítettek a fő népektől házokra és egyéb örökségekre pénzt kölcsön felvenni, és azokat nekik elzalogosítani; kiktől mikor meg akarnák váltani, az mennyiben zálogban vetették, azon summán nem akarják megereszteni, de valamennyi adó a zálogosítástól fogva volt, mind megki-

¹⁾ A megjegyzett szavak sem Székely Mihály sem Kovács István kiadásában nincsenek meg.

vánják aztat a summával együtt; mely dolog Isten igazságának és ez világi törvénynek ellene lévén, azért végeztük, hogy mind fő emberek, mind egyéb rendbeliek, valakiknél efféle zálogos örökség legyen, meg lévén a zálogosítottatásnak summája, tartozzék azt felvenni és az örökséget megbocsátni; kit ha nem mivelnek, effélék első székre törvényhez hivattassanak, és ha valamint jó okát, nem adhatják engedetlenségeknek, az királybírák, hadnagyok, és székbírák, és székülők az örökösöknek az féle örökségeket pénz nélkül megadják, és e felett ország végzése szerint való terhen, mint a Decretumban van, maradjanak.

Azon panaszolkodásból ezt is értettük, hogy sokan vadnak az országbeli hiveink közül, kik moldovaiaknak és havasalföldieknek barmokat és egyéb marhájokat az havasokon elragadozzák, kikért azok ismét az községnek barmokat és marhájokat ragadozzák el ; mivel hogy peniglen efféle dolgokból országbeli közönséges háborúságok következének, akarván annak okáért azt eltávoztatni, végeztük, hogy minden rendbeliek afféle kapdosástól s kártételektől, fejek jószágok vesztese alatt, megszűnjenek.

Az királybírák ellen való panaszolkodásokat is értettük, kik régi szokás kívül az kifeleltetésnek idején az fő népekkel az község között járván, azonkívül dézmáláskor is, külömb külömb szokatlan fizetésekkel terhelnék őket; azért végeztük, hogy az királybírák és az fő népek, mikor az község között járnak, semmivel az egy szállás kívül ne terheltesse az községek, az dézmáláskor is a szerént: de az kiadott orvokat, paráznákat, gyilkosokat, égetőket, és az többit, ország végzése szerént büntessék meg, és a ki halált érdemel, halállal, az ki vereséget, vereséggel, a többit is azonképpen büntessék; az halálra való embert semmiben meg ne saczoltassák az országnak közönséges Articulusiban való büntetésnek alatta.

Azon közönséges panaszolkodások kívül egyenként való személyektől is az község közzül sok panaszolkodások vannak a fő népre, kiktől, mondják, külömb külömb bántódásokkal nyomoruságokkal illettettek. Azért végeztük, hogy az mi rovóink, kiket mostani Császár adójának ujonnan való felszámolására kénszerítettünk kiküldeni székes helyekre, mindeneknek panaszolkodásokat megértsék és végire menjenek, és nekünk írva meghozzák, kiket megértvén, tanácsunkbeli urakkal azt akarjuk mivelni, a mi Isten szerént és világ szerént igaznak láttatik lenni.

Az mi adóinkban is és egyéb jövedelmeinkben sok tékozlást

értettünk lenni az fő népektől, és kiváltképpen a népnek ötödének felszámlálásában, az melyet végeztünk hogy azon rovóink megczirkáljanak és írva nekünk meghozzák.

Továbbá az országbeli hiveink, három nemzet, az hatalmas Császár hadának, ki Szakmár alá az mű ellenséginknek ellene jött vala, ezer ezer forintot, az mi hadainknak pedig fizetésére, kit álgynkkal, porunkkal, golyóbisunkkal ő hozzájok kibocsátottunk vala, fizetésére két két ezer forintot ígertenek vala; kiket az két nemzet, az nemesség és az százság, engedelmesen megadtanak, de az székelyek között az feltámadás miatt szedetlen maradott volt. Azért hagytuk azon mi rovóinknak, hogy az kik az három ezer forintban való fizetést meg nem adták, minden szokott birsággal kiszedjék, és nekünk az mostani császár adójával együtt beszolgáltassák. Ezen rovók minden falukban négy jámbor személyt válaszszanak, kiket megesküsenek, és hit szerént megkérdjék tőlők, kik vették fel és kik üzték őket az hadban az elmúlt támadásnak idején.

Nyilván vagyon mindeneknél, hogy Balassi Menyhért árultatása miatt Magyarországon való birodalmunknak és jövedelmünknek nagy része tőlünk elszakada, és a terhnek viselése, országunknak megmaradására és oltalmazására való fizetésünk nem kevesedik, sőt inkább naponként öregbül. E mellett ez is nyilván vagyon, hogy a köz székelyeknek ellenünk való feltámadások mely nagy romlást, sok vérontást, kárvallást, és nekünk országbeli hiveinkkel együtt költséget, gondot és fáradságot szerze. Azért az feljül megmondott okokból, és hogy minden országokban a sókamarák császároknak, királyoknak és fejedelmeknek tárházokra néznek, azért, a székely földén való sőt a mű tárházunkhoz végeztük foglaltatni: de az fő népeknek házok szükségére való sőt adatunk, mint az nemességnek régi szokás szerént só adatik.

Értettük azt is azon közönséges panaszolkodásból, hogy mikor mű valami büne miatt elesett embernek ő közzülők királyi méltóságunk szerént fejeknek, jószágoknak, marhájoknak megkegyelmeznénk, a királybirák, hadnagyok és székülők a széket elhalasztják, hogy levelünket meg ne magyaráztassuk a széken, és efféle vétkezett személyeknek az mű kegyelmünk alatt marhájokban zsákmányt tesznek, és közöttök felosztják. Azért végeztük, hogy a szék kívül is a királybirákat, hadnagyokat, székülöket, és mindeneket, a kiket a dolog illet, az mű levelünkkel meglelhessenek, és tudására adják az mű kegyelmességünket, hogy az alatt senkitől meg ne károsodjanak.

Mely articulusokat hosszú ideig való megmaradásoknak okáért pecsétünkkel megerősítettünk.

Datae in Ciuitate nostra Segeswar, die vigesima mensis Junij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo.

Ezen végzéseket egyszerű másolat után kiadta Kilyéni Székely Mihály, A nemes székely nemzet constitutioi. Pest. 1818, 51-60. I. ; ismét kiadta a gr. Kemény József gyűjteményéből gr. Mikó Imre, Erd. történeti adatok II. köt. 360—366 l. — Én, minthogy a Brassó város levéltárában lévő eredeti példányt nem használhattam, adom a gr. Kemény József sajátkezű másolata után, mely megvan az erd. Muzeum kéziratárában (Codex Articulorum Transsilv. Tom. I.).

CCCXXXVII.

II. János király a székely fölkelésben részt vett kézdi-vásárhelyi lakosoknak, kivéve azokat, a kik netalán a fölkelésben kapitányok, tanácsosok, hadfogadók és fő indítók voltak, kegyelmet ad, ugyan, hogy többé ily fölkelésben részt ne vegyenek, mely esetben jelen kegyelme érvénytelen legyen. Kelt Segesvártt 1562 junius 28-dikán.

Nos Joannes Secundus dei gracia Electus Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes Quibus expedit vniuersis Quod nos cum ad Nonnullorum fidelium dominorum Consiliariorum nostrorum humillimam Supplicationem nostre propterea factam Maiestati, tum vero ex benignitate nostra Regia, qua lapsis veniam, et rigorem Justicie quandoque lenitate misericordie solemus mitigare, Agilibus ac Circumspectis Judici Juratis ciuibus et vniuersitati Incolarum **Oppidi nostri Siculiculis kijzdi**j wasarhel super crimine lese Maiestatis nostre, in quod ex eo Quod proxime vncum ceteris Sediciosis Siculis contra dignitatem nostram Regiam, ac publicum Regni statum insurgere non fuerint veriti incurrisse dinoscuntur, capitibus, hereditatibus, Rebus, ac quibusuis Bonis eorum, demptis hijs qui in ipsa insurrectione, Capitanei, consiliarij, gencium leuatores, ac sollicitatores,

necnon Authores extiterint, (graci)am et misericordiam faciendam duximus, ita tamen vt in posterum se, ab eiusmodi Sedicion andis immunes preseruare studeant, et debeant, alioqui presens gracia nostra notum facimus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Eg(regijs et Agilibus) Judicibus nostris Regijs, capitaneo Judici Assessoribus Sedis nostre Siculicalis kijzdij Alijs es(iam cuiu)suis Status et condicionis hominibus presentibus et futuris presencium Noticiam habituris harum serie firmissime mandamus, quatenus acceptis presentibus Annotatos Judicem Juratos ciues et Inhabitatores dicti Oppidi kijzdijwasarhel, exceptis vt premittitur capitaneis, consiliarijs, Gencium leuatoribus, sollicitatoribusque, ac Sedicionis Authoribus si qui inter eos comperientur, in personis, hereditatibus Rebus ac quibusuis Bonis, eorum turbare molestare, seu quouis modo preuia ratione damnificare, nusquam et nequaquam debeatis, nec sitis Ausi modo aliquali, premisse graciae nostre sub obtentu. Secus ne feceritis presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Ciuitate nostra Regia Segeswar, Dominica post festum Sancti Ladislai Regis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo.

Joannes Electus Rex m. p.

(P. H.)

Eredetije papiron Kézdi-Vásárhely város levéltárában.

CCCXXXVIII.

II. János király megparancsolja Sükösd Benedek Kőhalom széki királybirónak, hogy Patócsi Gáspárt, Sepsi, Kézdi és Orbai székek királybiráját, ha általa föl lesz szólítva, 200, 300 sőt a szükség szerint 500 lovassal és gyaloggal is segítse. Kelt Dályán, 1562. augusztus 6-dikán.

Johannes Secundus dei gracia Electus Rex Hungariae Dalmatiae Croatiae etc. Egregio Benedicto Sewkesd Judici Regio Se-

dis kewhalom, fideli nobis sincere dilecto, Egregie fidelis nobis dilecte, Salutem et gratiam, Quoniam nos fidelem nostrum Egregium **Gasparem pathochij Judicem Regium Sedium nostrarum Sep-sij kisdij et Orbaj**, ad easdem tres sedes nostras Siculicales cum plena instructione et informatione nostra expediimus, fidelitati igitur vestrae committimus firmiter, ut ad requisitionem ipsus Gasparis Pathochij, eidem omni ope et auxilio esse, ad ducentos, trecentos, vel etiam Quingentos Equites et pedites pro necessitate ipsi adiungere debeatis. Secus nullo modo facite. Datae ex possenssione Dalija die vigesimo sexto Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo

Johannes Electus Rex.

(P. H.)

Régi másolat után (Collectanea Martini Reschner VII. köt.) a szebeni Bruckenthal-könyvtárban.

CCCXXXIX.

Az 1562. nov. 5-dikére Gyula-Fejérvárra hirdetett részletes országgyűlésnek Miklósvár széket illető végzése. Kelt Gyula-Fejérvártt, 1562. nov. 9-dikén.

... De Supplicatione pro parte **Siculorum Sedis Mikloswara** facta mandat Sacra Maiestas, priuilegium Mikloswariense produci, videbit illud Sacra Maiestas et dabit responsum.

Ezen országgyűlés eredeti törvényczikkeiből a szebeni Bruckenthal-könyvtárban.

CCCXL.

II. János király Nyerges Sebestyén maros-vásárhelyi bíró kérelmére hitelesen átírja s a nevezett város részére kiadja az 1559-ben sept. 12-dikén Gyula-Fejérvártt tartott országgyűlésnek a székebség folyamodására hozott végzéseit. Kelt Gyula-Fejérvártt, 1562. november 11-én.

Nos Joannes Secundus dei gracia, Electus Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus per presentes. Quod fidelis noster prudens et circumspectus **Sebastianus Nyerges, Judex Oppidi nostri Zekelwasarhel**, suo ac ceterorum ciuium, et Inhabitatorum eiusdem Oppidi nominibus et personis nostram veniens in presenciam, Supplicauit nobis humillime, vt nos Articulos, super supplicacionibus dominorum Siculorum in comicijs hic Albe Julie ad duodecimum diem Mensis Junij in Anno domini 1559 per nos atque deffunctam Maiestatem Reginalem dominam genitricem nostram charissimam pie memorie confectos, inter publicos Articulos a felici ingressu nostro editos requirifacere, Ipsisque in transumpto litterarum nostrarum extradari et emanarifacere dignaremur, Quorum quidem Articulorum tenor talis est, **Deliberationes seu Articuli** stb. (Lásd föntebb **CCCXXXI. sz.**) Nos itaque premissa Supplicacione Annotati Sebastiani Nyerges Judicis, suo, ceterorumque ciuium et Inhabitatorum dicti Oppidi nostri Zekelwasarhel, nostre facta Maiestati Regia benignitate exaudita, premissos Articulos inter Reliquos, requiri et reinueniri fecimus Requisitorumque et reinuentorum Tenores de verbo ad verbum sine diminucione, et Augmento aliquali transscribi et Transsumi presentibusque litteris nostris inseri facientes Memoratis Judici, ciuibus, et Inhabitatoribus predicti Oppidi nostri Zekelwasarhel Jurium suorum ad cautelam extradandas duximus. Date Albe Julie, vndecimo die Mensis Noembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije az erd. Muzeum kéziratárában (Jos. Com. Kemény Codex Authent. Articulorum Diaet. Trans. I. köt.) — Ugyanott megvan ezen törvénycikkeknek egykoru magyar fordítása is eredeti fogalmazványban a záradék egy pár utolsó sorának hijával. Ezen magyar fordítást közölte gr. Mikó Imre, Erd. tört. adatok, III. köt. 265—269 l. hol az eredeti kiadvány évszáma hibásan van 1566-ra téve 1562 helyett.

CCCXLI.

Az 1563-ban junius 6-dikára hirdetett tordai részletes országgyűlésnek a székeleyekre vonatkozó végzései. Kelt Tordán, 1563. junius 13-dikán.

